

TRACTATUS QUINTUS

DE EXTREMA UNCTIONE ET ORDINE

CAPUT I.

Quid sit Extrema Unctio, et quae circa eam observanda.

706. *Quid est hoc sacramentum. Et an a Christo institutum.* — 707. *Qu. 1. An per quamlibet unctionem partialis gratia conferatur. Qu. 2. An conferatur gratia, recedente obice.* — 708. *De Materia remota hujus sacramenti. An praeceptum quotannis renovandi oleum obliget sub gravi; et an possit addi oleo benedicto aliud non benedictum.* — 709. *An oleum debeat esse olivarum, et an benedictum. Dub. 1. An benedictio requiratur de necessitate sacramenti. Dub. 2. An debeat esse benedictum praeceps in ordine ad Extremam Unctionem. Dub. 3. An haec benedictio possit a Papa committi simplici sacerdoti. Dub. 4. An sufficiat ungere una gutta olei.* — 710. *De Materia proxima. An unctio quinque sensuum sit de necessitate sacramenti. An sit necessaria unctio gemina oculorum, etc. Et an unctio renum ac pedum. An ordo unctionum sit de necessitate. Et quae spectent ad essentiam hujus sacramenti.* — 711. *De Forma. Dub. 1. An forma omnino debeat esse deprecativa. Dub. 2. An sint de essentia verba: Per suam piissimam misericordiam. Dub. 3. An valeat forma dicendo: Ungo te, etc.* — 712. *Quibus ministranda est Extrema Unctio.* — 713. *Dub. 1. An valide conferatur sano. Dub. 2. An infirmo quocunque morbo laboranti. Dub. 3. An mulieri laboranti in partu.* — 714. *Dub. 4. An licite ministretur in solo periculo putato. Advert. 1. Non esse expectandam extremam partem vitae. Advert. 2. Non licite ministrari, nisi imineat periculum proximae mortis. Quid in dubio an instet mortis periculum.* — 715. *Dub. 5. An hoc sacramentum possit iterari in eadem infirmitate.* — 716. *Quae dispositio requiratur in suscipiente. Et an Extrema Unctio sit danda post viaticum.* — 717. *An sit ministranda pueris.* — 718. *Dub. 1. An infantes sint capaces hujus sacramenti.* — 719. *Dub. 2. An danda pueris de quorum usu rationis dubitatur.* — 720. *Dub. 3. An possit dari pueri doli capaci, sed non adhuc communioni apto.* — 721. *Dub. 4. An possit dari adulto infirmo statim post Baptismum.* — 722. *De Ministro hujus sacramenti. An quivis sacerdos possit illud dare ex consensu parochi praesumpto. Quid sanctum sit de regularibus.* — 723. *Quid, si pastor absit vel nolit dare. Et quid, si sit excommunicatus aut suspensus.* — 724. *An liceat dare hoc sacramentum sine ministro. Et an possit unus unam, alius aliam partem inungere. An solus sacerdos possit illud ministrare. Quid, si ministrans inter unctiones deficiat.* — 725. *An sacerdos incurrit irregularitatem, si aeger decedat dum eum revolvit, etc.* — 726. *De Administratione hujus sacramenti. An liceat aliquando ministrare sine vestibus sacris.* — 727. *Quale peccatum sit omittere orationes vel alias preces.* — 728. *Quale, deferre oleum sine lumine. Et quale, omittere signum crucis. Et an liceat sacerdoti deferre oleum sine cum viatico.* — 729. *An teneatur pastor dare hoc sacramentum potentibus, et an cum periculo vitae. An teneantur dare alii sacerdotes.* — 730. *An liceat parochio oleum retinere domi.* — 731. *De Effectibus hujus sacramenti. An per Extremam Unctionem remittantur mortalia per se. Et an principalis ejus effectus sit remissio peccatorum, vel remissio reliquiarum peccati.* — 732. *De Subjecto hujus sacramenti. An sint capaces amentes. An ebrii. An impenitentes, excommunicati, et vulnerati in rixa. An phrenesi laborantes. An muti, surdi et caeci a nativitate.* — 733. *An pecet graviter qui negligit hoc sacramentum suscipere.*

Extre-
ma Uncio,
quid.

706. — « Resp. Iº. Est sacramentum a Christo institutum, ad aegroto periclitanti de vita conferendam salutem animalis vel etiam corporis, per unctionem

« olei benedicti et orationem sacerdotis. — « S. Thomas¹ ».

Definitum est hoc esse verum sacramentum a Tridentino². — Institutum au-

rum sacra-
mentum.

¹ In 4, dist. 23, qu. 1, art. 1, 2, 3, 4; qu. 2, art. 1 et 2. — ² Sess. 7, de Sacram. in gen., can. 1.

tem fuit a Christo post resurrectionem, ut tenent Suarez^{a)}, Laymann, etc. cum Salmant.¹; et promulgatum a S. Jacobo, cap. v, 14, 15, ubi dicitur: *Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo... Et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus: et si in peccatis sit, remittentur ei.* — Certum item est hoc sacramentum unum esse; licet enim plures sint unctiones, omnes tamen pertinent ad unam significationem interioris medelae.

707. — Quaeritur autem 1^o. *An per quaelibet unctionem partialis gratia conferatur?*

Affirmant Elbel²; Sporer³ cum Scoto^{a)}, Pontio et Mastrio; ac Croix⁴ cum Suarez^{b)}, Coninck^{b)}, Laymann^{b)}; et Sotus^{c)}, Paludanus^{c)}, Medina^{c)}, etc. Quia quaevis unctione cum sua forma jam significat gratiam, independenter ab aliis unctionibus. Sed negat cum communiori S. Thomas⁵, ubi: *Et ideo in ultima unctione gratia infunditur.* Et eum sequuntur Wigandt⁶ et Salmant.⁷ cum pluribus, qui dicunt

^{a)} Quaelibet unctione probabilitate conferetur partialem gratiam.

^{b)} Probabiliter nihil conferetur ante ultimam unctionem.

^{c)} Laym., lib. 5, tr. 8, cap. 1, n. 2. — ¹ Tr. 7, de Extrem. Unct., cap. 1, num. 3. — ² De Extrem. Unct., num. 30. — ³ Suppl. Sacram., cap. 2, num. 68. — ⁴ Joan. Pontius, Theol. curs., disp. 47, n. 11, i. f. — ⁵ Mastrio, Theol. mor., disp. 22, qu. 3, num. 44. — ⁶ Lib. 6, part. 2, num. 2105. — ⁷ Suppl., qu. 30, art. 1, ad 3. — ⁸ Tr. 14, n. 109, v. Resp. 3. —

706. — ^{a)} Suarez, disp. 39, sect. 2, etsi a Salmant. allegatur uti asserit S. Alphonsus; docet tamen probabile sibi videri Christum in ipsa nocte Coenae Apostolorum docuisse ritum in hoc sacramento servandum; potestem vero illud conferendi illis tunc non tradidisse; « ideoque plena hujus sacramenti institutio consummata non fuit a Christo Domino ante Resurrectionem suam. Sine ulla vero dubio credendum est fuisse consummata ante Ascensionem ».

707. — ^{a)} Juxta Mastrium, ex quo Sporer Scotum allegavit, Scotus *supponit* singulas unctiones suos habere partiales effectus. Dicit enim Scotus, *in 4, dist. 23, i. f., ad 2^{um},* istud quidem sacramentum, unum esse unitate integratatis, sed non unitate indivisibilitatis, sicut effectus ejus non est unus indivisibiliter, quia non remissio unius venialis; sed unus unitate plenariae remissionis omnium venialium.

^{b)} Croix revera auctores istos allegat, quasi hanc sententiam teneant; attamen Suarez, disp. 41, sect. 2, n. 7, eam quidem reputat

nullam unctionem per se sacramentum, nec etiam partiale, constituere; et ideo nihil conferri gratiae habitualis, quoque cum forma compleatur ultima unctione, qua sacramentum perficitur. In fine autem ultimae unctionis confertur simul remissio peccatorum et poenarum: auxilia autem specialia annexa gratiae non conferuntur, nisi tempore opportuno. Salmant.⁸ — Harum sententiarum utraque est probabilius.

Quaeritur 2^o. *An possit dari hoc sacramentum validum et informe, ita ut, rececente obice, gratia conferatur?*

Affirmant communiter Suarez, Valentia^{a)}, Henriquez, Paludanus, Dicastillus, Palaus, etc., cum Salmant.⁹ et Croix¹⁰ (Vide dicta de Sacram., n. 6, v. Not. IV). — Hinc inferunt Salmant.¹¹ cum aliis quod si infirmus bona fide vel sensibus destitutus sacramentum suscepit in mortali, sufficit quod postea attritionem habeat, ad gratiam recipiendam; secus, si mala fide. Id autem currit si obex tollatur, perseverante eodem morbo et periculo, saltem quoad effectum specialium auxilio-

Potest dari validum et informe.

^{a)} Loc. cit., cap. 3, num. 7. — ^{b)} Loc. cit., num. 8 et 9. — ^{c)} Suar., disp. 41, sect. 1, num. 23. — ^{d)} Henrig., lib. 3, cap. 9, n. 4. — ^{e)} Palud., in 4, dist. 23, qu. 1, art. 2, n. 13. — ^{f)} Dicast., tr. 7, de Extrema Unct., disp. unic., dub. 8, n. 117 et 118. — ^{g)} Palaus, tr. 26, punct. 5, n. 14. — ^{h)} Tr. 7, cap. 3, n. 10. — ⁱ⁾ Lib. 6, part. 1, n. 202. — ^{j)} Loc. cit.

probabile; sed oppositam magis probandam et (^{n. 12}) veram. — Coninck vero, disp. 19, dub. 3, n. 9 et 12, negat priorem sententiam videri damnandam; et Laymann lib. 5, tr. 8, cap. 3, n. 3, negat esse omnino improbabilem.

^{c)} Sotus, in 4, dist. 23, qu. 1, art. 1, v. *Ex quo fit*; Paludanus, in 4, dist. 17, qu. 5, art. 1, v. *Quintus modus dicendi*, quos Salmant. ex Dicastillo allegant, oppositam omnino sententiam tenent. « Quando aliquis inungitur (sunt verba Paludani) diversae sunt unctiones, quarum quaelibet habet separatam formam et separatam materiam, et omnes sunt necessariae, et omnibus perfectis, tunc ex vi sacramenti sequitur effectus, et non ante ». Nec sibi contradicit in dist. 23, qu. 1, art. 3, concl. 2. — Medina vero, quem ex eodem Dicastillo, Salmant. adducunt, scribit tantum, *Cod. de Confessione*, tr. 2, qu. 11, v. *Secundo idem*: « Partes [Extremae Unctionis] plures sunt, et quaelibet earum est sacramentum, suam formam habens ».

^{d)} Valentia citatur a Salmant. ex Dicastillo; sed loco citato, id est *in 3^{am} Part.*, disp. 8, qu. 1, punct. 3, argumentum hoc plane omittit.

rum; ut dicunt Suarez et Dicastillus, apud Salmant.

708. — *< Unde resolves:*

« 1^o. MATERIA ejus *remota* est oleum benedictum, quod in pyxide chrismali signatur littera *I* (in cuius defectu, non licet uti chrismate: si tamen usus sis, « nihil repetendum esse docet Laymann¹). « — Idque renovandum est quotannis in « Coena Domini, veteri exusto ». [Et hoc, ex pracepto Clementis VIII, apud Salmant.²] et Palaum³; et ex Rituali Romano, ubi dicitur: *Id tamen (id est oleum), si forte infra annum... ita deficit ut sufficere non posse videatur, neque aliud benedictum haberi queat, modo oleo non benedicto, in minori quantitate superinfuso, reparari potest*. — « Etsi Diana⁴, ex Lessio⁵ et alii quanto tuor, dicat contrarium habere proxim Ecclesiae; ut scilicet paulatim et per vices (si ita requirat necessitas propter copiam infirmorum) longe etiam major quantitas addatur, quam ab episcopo fuerit consecrata initio. Bonacina⁶ ex « Possevino ». [Et hoc dicit Croix⁷ esse certe licitum ex praxi Ecclesiarum et ex declaratione S. Congregationis (apud Cardenas), utque colligitur ex cap. *Quod in dubiis, de consec. eccl.* (juxta dicta in hoc Lib. VI, n. 368, ad 2): modo pars olei quae nunc effunditur sit minor altera

¹ Lib. 6, part. 1, n. 41, 42. — ² Zambran., Decis. cas. temp. mortis, cap. 5, de Extr. Unct., dub. 4, n. 5 et 14. — ³ Lib. 22, n. 79. — ⁴ Lib. 5, tr. 8, cap. 2, n. 4. — ⁵ Tr. 7, cap. 2, n. 11. — ⁶ Diana, part. 5, tr. 3, resol. 90. — ⁷ Aversa, de Extrem. Unct., sect. 2, v. f., v. *Videtur etiam*. — *Gavant.*, Man. Episcoporum, v. *Extrema Unctio*, n. 6 (in editione genuina). — *Petr. de Ledesma*, Summa, de Extrem. Unct., cap. 2, i. f. — ⁸ Henrig., lib. 3, cap. 8, n. 2, i. f. — ⁹ Tr. 26, punct. 2, n. 12. —

708. — ^{a)} Salmant., tr. 7, cap. 2, n. 11, quaerunt an de necessitate praecepti requiratur ut oleum sit eo quidem anno benedictum; Paludanus vero, tr. 26, punct. 2, n. 12, quaerit an sit peccatum extra necessitatem, uti oleo quod fuerit superiori anno benedictum. Et affirmativae partis rationem adducunt, nempe singulis annis ex praescripto Clementis VIII, chrisma, oleumque infirmorum et catechumenorum consecrari et per singulas ecclesias distribui. Et re quidem vera, in Pontificali Romano, Clementis VIII jussu edito, haec in Feria V Coenae Domini, init. reperiuntur: « Hac die singulis annis benedicitur oleum catechumenorum et infirmorum, et conficitur chrisma ». Et in brevi *Ex quo in Ecclesia*, quo Pontificale approbat, Clemens VIII ita loquitur: « Statuentes... quoscumque qui pontificalia munera exercere, vel alias quae in dicto Pontificali continentur, facere aut exsequi debent, ad ea peragenda et praestanda,

« licet uti antiquo. Laymann⁶. [Et ita Salmant.⁷ cum Diana et Aversa, ex declaratione S. Congregationis, apud Gavantum]. — « Et si hoc non sufficiat, aliud « consecratum, vel in necessitate non « consecratum (in minore tamen quantitate quam vetus est) addere ». [Ita ex Rituali Romano, ubi dicitur: *Id tamen (id est oleum), si forte infra annum... ita deficit ut sufficere non posse videatur, neque aliud benedictum haberi queat, modo oleo non benedicto, in minori quantitate superinfuso, reparari potest*. —

Quid, si in necessitate desit vel nonsufficiat oleum novum.

« Etsi Diana⁴, ex Lessio⁵ et alii quanto tuor, dicat contrarium habere proxim Ecclesiae; ut scilicet paulatim et per vices (si ita requirat necessitas propter copiam infirmorum) longe etiam major quantitas addatur, quam ab episcopo fuerit consecrata initio. Bonacina⁶ ex « Possevino ». [Et hoc dicit Croix⁷ esse certe licitum ex praxi Ecclesiarum et ex declaratione S. Congregationis (apud Cardenas), utque colligitur ex cap. *Quod in dubiis, de consec. eccl.* (juxta dicta in hoc Lib. VI, n. 368, ad 2): modo pars olei quae nunc effunditur sit minor altera

¹ Lib. 6, part. 1, n. 41, 42. — ² Zambran., Decis. cas. temp. mortis, cap. 5, de Extr. Unct., dub. 4, n. 5 et 14. — ³ Lib. 22, n. 79. — ⁴ Lib. 5, tr. 8, cap. 2, n. 4. — ⁵ Tr. 7, cap. 2, n. 11. — ⁶ Diana, part. 5, tr. 3, resol. 90. — ⁷ Aversa, de Extrem. Unct., sect. 2, v. f., v. *Videtur etiam*. — *Gavant.*, Man. Episcoporum, v. *Extrema Unctio*, n. 6 (in editione genuina). — *Petr. de Ledesma*, Summa, de Extrem. Unct., cap. 2, i. f. — ⁸ Henrig., lib. 3, cap. 8, n. 2, i. f. — ⁹ Tr. 26, punct. 2, n. 12. —

ex hujus Pontificalis praescripto et ratione teneri ».

^{b)} Bonacina, disp. 7, de Extr. Unct., punct. 2, n. 6, dicit solum, parochum non videri a peccato excusandum, si oleum alterius anni seclusa necessitate adhibeat; sed non determinat quodnam peccatum admitteret. — Idemque notandum venit de Dicastillo, loc. cit., disp. un., n. 72; de Trullench, de Sacram., lib. 5, dub. 2, n. 2, i. f.; et de Possevino, de Off. curati, cap. 9, n. 1. — Bonacina tamen, Trullench, locis cit.; et Dicastillus, n. 71, dicunt esse receptam consuetudinem et praecipuum quod oleum infirmorum sit illius anni.

^{c)} Diana, part. 9, tr. 6, res. 44; et Lessius, in 3. P., de Extrem. Unct., cap. 1, dub. 5, n. 11, dicunt addi posse quantitatem olei longe etiam majorem quam ab episcopo fuerit consecrata, modo id sensim seu paulatim et per vices fiat. — Diana vero asserit sententiam,

parte cui infunditur. Id tamen recte ait Roncaglia^{d)} non permittendum, nisi in casu necessitatibus.

709. — Certum est 1º. hoc oleum infirmorum debere esse olivarum; quia ex communi usu, nomine *olei* hoc proprie intelligitur. Ita communiter DD. cum Salmant.¹ et Petrocorensi²; et patet ex decreto Florentini (apud Sporer³), ubi pro hujus sacramenti materia assignatur *oleum olivae per episcopum benedictum*. — Certum est 2º. apud omnes quod hoc oleum debet esse benedictum ex necessitate praecetti. Sed

Dubitatur 1º. *An oleum infirmorum debeat esse benedictum ex necessitate sacramenti?*

Prima sententia negat. Et hanc tenent Juenin⁴, Natalis Alexander⁵; item Cajetanus^{a)}, Maldonatus et Sambovius apud [Contin.] Tournely⁶: — qui non obstat dicunt concilium Florentinum (ut supra), neque Tridentinum⁷, ubi pariter dicitur: *Intellexit enim Ecclesia materiam (Extremae Unctionis) esse oleum ab episcopo benedictum*. Quia (ut dicunt), esto ibi assignetur oleum pro materia; non tamen definitur esse de essentia quod benedicitur ab episcopo.

¹ Tr. 7, cap. 2, n. 1. — ² De Extr. Unct., cap. 1, qu. 2^{bis}. — *Florent.*, decret. de Unione Armenor. v. *Quintum sacramentum*, ap. Labbe, tom. 18, col. 550. — ³ Suppl. sacram., cap. 2, n. 57. — ⁴ Institut. theol., de Extr. Unct., qu. 2, quaeres 1. — ⁵ De Extr. Unct., cap. 1, art. 2, propos. 1, i. m. — *Maldon.*, disp. de Extr. Unct., qu. 1, arg. 5. — *Sambov.*, de Extr. Unct., disp. 3, art. 1, qu. 1. — ⁶ De Extr. Unct., cap. 8, art. 1, concl. 2, n. 8. — ⁷ Sess. 14, de Extr. Unct., cap. 1. — ⁸ Suppl., qu. 29,

quae huic asserto est opposita, esse « contra primum et usum fere omnium ecclesiarum ».

^{a)} Roncaglia, tr. 20, qu. 1, de *Extr. Unct.*, cap. un., qu. 2, resp. 1, id sane dicit, sed in casu quo quantitas olei paulatim superinfusa, supereret demum quantitatem olei benedicti.

709. — ^{a)} Cajetanus, in 3. P., qu. 72, art. 3, citatur a Maldonato pro simili, scilicet pro confirmatione, sed non satis recte; ibi enim Cajetanus dicit quidem rationi magis consentaneum esse quod de necessitate sacramenti non requiratur ut chrisma fuerit ab episcopo consecratum; sed in fine addit: « Nihil tamen definitive concludo ».

^{b)} Et ita plures declaravit S. Off.; scilicet invalidum esse sacramentum si adhibetur oleum a simplici sacerdote benedictum, et non ab episcopo. Die 13 Januar. 1565 et

Secunda vero sententia communissima affirmat; et hanc tenent S. Thomas⁸, Concina⁹, Petrocorensis¹⁰, Salmant.¹¹; et Scottus ac alii apud Sporer¹². — Ratio, quia concilia in hoc dogmaticae locuta sunt; unde utrumque ad valorem hujus sacramenti requiri declararunt^{b)}.

Dubitatur 2º. *An oleum debeat esse necessario benedictum in ordine ad Extremam Unctionem?*

Negant Suarez¹³, Laymann¹⁴ et Henriquez¹⁵; quia vere est oleum ab episcopo benedictum. — Affirmant vero Palau¹⁶, Bonacina¹⁷, Holzmann¹⁸; item Bellarminus^{c)}, Valentia^{c)}, Barbosa^{c)}, Aversa, etc., apud Salmant.¹⁹ Quia, sicut benedictione chrismatis deputatur chrisma pro sacramento Confirmationis, ita benedictione olei infirmorum deputatur materia ad sacramentum Extremae Unctionis.

Utraque sententia est probabilis. — Unde prima non potest in proxim deduci, nisi in casu necessitatis, quo deest oleum infirmorum: tunc enim poterit ministrari Extrema Unctio chrismate vel oleo catechumenorum sub conditione; ut recte dicunt Viva²⁰, Roncaglia^{d)} et Croix²¹. — Et si postea haberi possit oleum infirmorum, repetendum est sacramentum; ut dicunt

art. 5. — ² De Extr. Unct., cap. 2, n. 5. — ¹⁰ De Extr. Unct., cap. 1, qu. 4. — ¹¹ Tr. 7, cap. 2, n. 2, 3, 5 et 6. — *Scot.*, in 4, dist. 23, v. *Sequitur cum oleo*. — ¹² Suppl. sacram., cap. 2, n. 61. — ¹³ Disp. 40, sect. 1, n. 9. — ¹⁴ Lib. 5, tr. 8, cap. 2, n. 2. — ¹⁵ Lib. 3, cap. 8, n. 2. — ¹⁶ Tr. 26, punct. 2, n. 5. — ¹⁷ Disp. 7, de Extr. Unct., punct. 2, n. 5. — ¹⁸ De Extr. Unct., n. 7. — *Aversa*, sect. 2, v. *Non est autem de necessitate*. — ¹⁹ Tr. 7, cap. 2, n. 9. — ²⁰ De Extr. Unct., qu. 6, art. 1, n. 1. — ²¹ Lib. 6, part. 2, n. 2090.

14 Sept. 1842. Et iterum, die 15 Maii 1878, declaravit: Oleum a presbytero benedictum esse materiam prorsus ineptam sacramento Extremae Unctionis confidendo; et ne in extrema quidem necessitate valide posse adhiberi.

^{c)} Bellarminus, Valentia et Barbosa a Salmant. citantur ex Palao, ut qui videantur hanc opinionem tenere. Atvero Bellarminus, de *Extr. Unct.*, cap. 7, dicit dumtaxat materiam Extremae Unctionis esse oleum ab episcopo consecratum. — Valentia autem, *disp. 8, qu. 1, punct. 2*, negat, vel saltem in dubium vocat. Extremam Unctionem unquam fuisse chrismate collatam. — Barbosa denique, de *Off. et Potest. episc.*, alleg. 31, n. 16, refert hanc opinionem ex Bonacina, quem profecto non reprobavit.

^{d)} Roncaglia, de *Extr. Unct.*, cap. un., qu. 2, resp. 1, refert S. Carolum, praecipientem ut

Communis-
sime affir-
matur.

Probabi-
liter nec-
essario bene-
dictum in
ordine ad
Unctionem.

Probabi-
lius suffici-
tuna gutta
olei.

Contra-
rium proba-
bile, et in
praxi se-
quendum.

Viva^{e)} et Croix¹, utque praecepit S. Carrolus Borromaeus².

Dubitatur 3º. *An hujusmodi benedictio possit committi a Pontifice simplici sacerdoti?*

Negant Palau³, Suarez⁴; et Bellarminus⁵, Coninck, Laymann, etc., apud Salmant.⁶. — Sed affirmandum cum Holzmann⁶, Petrocorensi⁷, Roncaglia⁸, Concina⁹, Benedicto XIV¹⁰, ex decreto Clementis VIII, qui declaravit sacramentum Extremae Unctionis latinis collatum a sacerdotibus graecis, oleo ab eisdem sacerdotibus benedicto, esse validum; ut diximus de *Confirm.*, n. 163, v. *Dub. I.*

Dubitatur 4º. *An sufficiat ministrare hoc sacramentum una gutta olei?*

Negant Suarez¹¹; ac Filliuccius, Reginaldus, Trullenbach, Granado, etc., apud Escobar¹²; quia (ut ajunt) ungere proprie est oleum per partes diffundere. — Affirmant vero communius Escobar¹³ cum Diana, Tanner et Hurtado¹⁴; ac Croix¹⁴ cum Dicastillo et Aversa: modo omnes partes ungantur; quia qui ungit una stilla olei, vere ungit, cum oleum plus quam alii liquores diffundatur.

Haec secunda sententia mihi est probabilior; at quia prima non est improbabilis saltem extrinsece, in praxi sequenda est. — Pro valore autem sacramenti recte

¹ Lib. 6, part. 2, n. 2090. — ² Act. Mediol., part. 4, de Extr. Unct., v. *Si per errorem*. — ³ Tr. 26, punct. 2, n. 3. — ⁴ Disp. 40, sect. 1, n. 8. — ⁵ Coninck, disp. 19, dub. 2, n. 6. — ⁶ Laym., tr. 8, cap. 2, n. 1. — ⁷ Tr. 7, cap. 2, n. 6. — ⁸ De Extr. Unct., n. 5. — ⁹ De Extr. Unct., cap. 1, qu. 4. — ¹⁰ Tr. 20, qu. 1, de Extr. Unct., cap. unic., qu. 2, resp. 1. — ¹¹ Cap. 2, n. 7. — ¹² De Synodo, lib. 8, cap. 1, n. 4. — *Clem. VIIII*, Instruct. super ritibus Italo-Graecor., § 8, de die 31 Aug. 1595, in Bullar. Rom. Mainardi. — ¹³ Disp. 40, sect. 2, n. 4. — ¹⁴ Fill., tr. 3, cap. 4, n. 78. — *Regin.*, lib. 28, n. 53. — ¹⁵ Trull., lib. 5, cap. unic., dub. 2, n. 7. — *Gran.*, in 3 F., controv. 8, de Extr. Unct., tr. unic., disp. 2, n. 4. — ¹⁶ Lib. 22, n. 82. —

sacramentum sub conditione iteretur, si per errorem infirmus unctus fuerit oleo catechumenorum vel chrismate.

^{e)} Viva, loc. cit., hanc partem non habet; sed solum dicit in necessitate, deficiente oleo Extremae Unctionis, licitum esse uti oleo chrismatis.

^{f)} Bellarminus, hic a Salmant. ex Palao iterum citatus, scribit tantum, loc. cit., benedictionem episcopalem esse de essentia materiae sacramenti.

^{g)} Gaspar Hurtadus, quamvis ab Escobar pro hac sententia citetur, eam tamen non tenet,

dicunt Salmant.¹⁵ cum Dicastillo¹⁶ et Aversa, quod sufficit intingere in oleo extremum digiti et ungere.

¹⁶ 710. — ^e 2º. Materia proxima est unctio certarum partium corporis, ac saltem quinque sensuum; vel si mutilati sint, vicinarum partium, facta a sacerdote: non simpliciter necessario contactu immediato manus; nam peste grassante, potest uti virga oblonga oleo tincta, quam postea comburatur. Silvius, Chapeauville, Diana. Vide Diana¹⁶. — [Ita etiam probabiliter Wigandt¹⁷ et Escobar¹⁸: qui addit quod si fiat sine necessitate nec erit mortale].

Quidam etiam doctores putant unam tantum unctionem esse de essentia sacramenti; ideoque in periculo pestis et simil necessitate sufficere unum tantum organum magis obvium, vel potius caput (quod in eo sensus maxime vigeant) ungere, dicendo: *Per istam, etc., quid deliquisti per visum, auditum, gustum, odoratum, tactum, etc.* Et quidem pro hac sententia citantur varia Pastoralia, Agendae, et doctor Lovaniensis Silvius¹⁹, Laymann²⁰, qui eam non omnino improbat; Tanner^{b)} et Marchant²¹, qui omnino probabilem et in praxi usitatam; Diana²², qui in praxi tutam dicit, citansque²³ pro ea Granado, Amicum,

Materia proxima.

Loc. cit., n. 83 et 84. — *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 177. — *Tann.*, tom. 4, disp. 7, qu. 1, n. 16. — ¹¹ Lib. 6, part. 2, n. 2094. — *Dicast.*, tr. 7, de Extr. Unct., disp. un., dub. 3, n. 44. — *Aversa*, sect. 2, i. f. — ¹² Loc. cit., n. 12. — *Aversa*, loc. cit. — *Silvius*, in Suppl., qu. 32, art. 3, v. *Ceterum*. — *Chapeauville*, de Modo administr. sacram. temp. pestis, cap. 5, qu. 34. — ¹⁴ Part. 8, tr. 4, resol. 167. — ¹⁵ Tr. 14, n. 107. — ¹⁶ Lib. 22, n. 98. — ¹⁷ Loc. cit., art. 6, quer. 2. — ¹⁸ Lib. 5, tr. 8, cap. 3, n. 3. — ¹⁹ Id est *Jacob. Merchant*, Hortus pastor., de Extr. Unct., lect. 8, qu. ult. — ²⁰ Part. 3, tr. 4, resol. 168. — ²¹ Part. 8, tr. 1, resol. 21. — *Gran.*, de Extr. Unct., disp. 7, n. 12. — *Amic.*, tom. 8, disp. 19, n. 73.

nisi forte quatenus, de Extr. Unct., diff. 5, i. f., haec scribit: « Ad valorem hujus sacramenti tanta pars hominis requiritur et sufficit ungi, et tanto oleo, quanta sufficit et necessaria est, et quanto, ut fiat unctio sensibilis ».

^{b)} Dicastillus, loc. cit., dicit tantum sufficere unam olei guttam, quidquid addant Salmant.

²² 710. — ^{a)} Et plures S. R. C. declaravit usum stylis seu virgulae argenteae non permetti nisi necessitatis causa. *Decr. auth. 3051*, ad 2; 3276, ad 3 et 4.

^{b)} Tanner, disp. 7, qu. 1, n. 18, dicit eam sententiam in Belgio in usum-inductam esse,

« Aversam, affirmat Pontificem id posse permittere: et denique Escobar (citans « Becanum¹⁾ et Barbosa²⁾ id permittit. — Verum, cum alii doctores communiter repugnant, tutius saltem erit (quod suadent Laymann et Diana³⁾) eo casu unum oculum, aurem, manum, narem et os velociter sine crucis forma ungere, dicens unicam formam complecentem reliquas.

« Illud vero certius est, pedes aut renes inungere non esse essentiale; imo quoad renes, non est decens, praesertim in feminis et viris religiosis; ideoque omitti solet. — Henriquez, Sa, Toletus, Suarez, Bellarminus⁴⁾.

Quaeritur: *an unctione quinque sensuum sit de necessitate sacramenti?*

Prima sententia negat, et dicit sufficiere ad valorem unicam tantum unctionem. Ita Merbesius⁵⁾, Natalis Alexander⁶⁾, Tournely⁶⁾; item Silvius⁷⁾, Becanus et Molfesius, apud Salmant.⁷⁾ Et merito (speculative loquendo) probabilem putant Holzmann⁸⁾, Roncaglia⁹⁾, Elbel¹⁰⁾; ac Laymann, Coninck, etc., apud Salmant. — Ratio, quia ex D. Jacobo simplex unctione praecipitur: *ungentes eum oleo*. Item in Tridentino¹⁰⁾ de una tantum unctione fit mentio: *sacra haec unctione, etc.* Unde infertur sufficere quod homo in una parte tantum ungatur, ut dicatur unctionis.

Aversa, sect. 4, v. *Videtur adhuc. — Escob.*, tr. 7, exam. 7, cap. 4, n. 28. — ¹⁾ De Sacr., cap. 27, qu. 7, n. 6. — ²⁾ Tr. 26, punct. 3, n. 6. — ³⁾ Loc. cit. — ⁴⁾ De Extr. Unct., cap. 1, n. 17, refert aliquos docere id posse fieri; quod de Off. Parochi, cap. 22, n. 35, probabile esse ait.

⁵⁾ Silvius, *Suppl.*, qu. 32, art. 6, quaer. 2, hanc sententiam ut probabilem habet. — Et Roncaglia, loc. cit., qu. 2, resp. 2, asserit secundam sententiam extra necessitatem omnino ut veram habendam esse; in necessitate ta-

Secunda vero sententia, communior et tutior, affirmat. Eamque tenent Laymann¹¹⁾, Palaus¹²⁾, Elbel¹³⁾; Holzmann¹⁴⁾ cum Suarez, Soto et Henriquez; ac Salmant.¹⁵⁾ cum S. Bonaventura¹⁶⁾, Bellarmine, Valentia, Coninck, Bonacina, etc.: ex D. Thoma¹⁶⁾, qui docet unctionem quinque sensuum esse *quasi de necessitate sacramenti*. — Ratio, quia, licet ex verbis D. Jacobi et Tridentini non fiat mentio plurium unctionum, tamen sic colligitur ex usu Ecclesiae et communis doctorum sensu.

Quapropter recte dicunt auctores prae- fati, quod tantum tempore pestis vel alia urgente necessitate poterit adhiberi sub conditione una unctione in aliquo sensu (et consultius in capite, ut ajunt Benedictus XIV¹⁷⁾, Busenbaum, ut supra). — Tunc autem dicit Tournely sufficere quod dicatur: *Indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per sensus*; ut habetur in Rituale Parisiensi. Sed alii, ut Busenbaum (mox infra, ad 3), Holzmann¹⁸⁾ et Elbel¹⁹⁾; item Salmant.²⁰⁾ cum Angles¹⁷⁾, Nuñez et Leandro, requirunt ut exprimantur quinque sensus, nempe: *quidquid per visum, auditum, gustum, odoratum et tactum deliquisti*. — Sed melius erit sic dicere: *Per istam s. unctionem, etc., indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per sensus, visum, auditum, gustum, odoratum et tactum*. Praemittendo verbum *deliquisti*, ut

de Extr. Unct., cap. 1. — ¹¹⁾ Loc. cit., cap. 2, n. 5. — ¹²⁾ Tr. 26, punct. 3, n. 6. — ¹³⁾ Loc. cit. — ¹⁴⁾ De Extr. Unct., cap. 1, n. 12, v. *Quodsi dubitet*. — ¹⁵⁾ Tr. 20, qu. 1, quer. 2, resp. 2. — ¹⁶⁾ De Extr. Unct., num. 10. — ¹⁷⁾ Tr. 7, cap. 2, n. 16. — ¹⁸⁾ Tr. 7, cap. 2, n. 19. — ¹⁹⁾ Bellarm., de Extr. Unct., cap. 10. — ²⁰⁾ Valent., disp. 8, qu. 2, punct. 2, v. *Secundo*. — Coninck, disp. 19, dub. 3, n. 12. — Bonac., disp. 7, punct. 5, n. 16. — ¹⁶⁾ Suppl., qu. 32, art. 6, corp. — ¹⁷⁾ De Synodo, lib. 8, cap. 3, n. 5. — Tournely, Praelect., de Extr. Unct., qu. 2, art. 1, quer. 3. — ¹⁸⁾ Loc. cit., n. 10. — ¹⁹⁾ De Extr. Unct., n. 25. — ²⁰⁾ Loc. cit., n. 32. — Nuñez, in Suppl., qu. 29, art. 9, concl. 3. — Leandro, disp. 2, qu. 21.

nec posse absolute rejici; sed minus probabilem esse.

¹⁾ Barbosa, in *Trid.*, sess. 14, de Extr. Unct., cap. 1, n. 17, refert aliquos docere id posse fieri; quod de Off. Parochi, cap. 22, n. 35, probabile esse ait.

²⁾ Silvius, *Suppl.*, qu. 32, art. 6, quaer. 2, hanc sententiam ut probabilem habet. — Et Roncaglia, loc. cit., qu. 2, resp. 2, asserit secundam sententiam extra necessitatem omnino ut veram habendam esse; in necessitate ta-

men, primam sententiam sub conditione practicari posse.

³⁾ S. Bonaventura, in 4, dist. 23, art. 2, qu. 3, videtur utique sic tenere, dicens organa potentiae sensitivae, generativae et progressivae *dubere inungi*; et in resp. ad obj., negat satis esse inungere locum cordis, quia etsi peccata a corde exent, tamen per diversas potentias.

⁴⁾ Angles, a Salmant. ex Leandro citatus, haec dumtaxat, qu. de Extr. Unct., art. 1,

Tutius requiritur unctione quinque sensuum.

Quid in tempore pestis vel in necessitate.

Quid de unctione remunatum et pedum.

bene notant Salmant.¹⁾ cum Aversa; quia si *deliquisti* proferatur in fine et interim aeger moriatur, nullum est sacramentum²⁾. — Si autem aeger supervivat, merito ait Croix³⁾ repetendas esse unctiones in singulis sensibus, addendo orationes omissas. Praescribit autem Rituale Romanum: *Si dubitet (sacerdos) an vivat..., unctionem prosequatur sub conditione..., dicens: Si vivis, per istam, etc.*

Certum est autem non esse de necessitate sacramenti geminam unctionem adhibere in *geminis partibus*, v. gr. in utroque oculo, aure, etc.; ut recte dicunt Roncaglia⁴⁾, Holzmann⁴⁾; et Salmant.⁵⁾ cum Suarez, Sà, Bonacina, etc. Unde, urgente necessitate, nempe si adsit periculum infectionis, vel si infirmus nequeat verti ad aliud latus, sufficit ungere unum oculum, unam aurem, etc. — unctione autem *renum*, ut praescribit Rituale, in *mulieribus, honestatis gratia, semper omittitur; atque etiam in viris, quando infirmus commode moveri non potest*. — unctione vero *pedum* non est de necessitate sacramenti; ut communiter dicunt Palaus⁶⁾, Roncaglia⁷⁾; et Salmant.⁸⁾ cum Suarez, Laymann, Sà et Bonacina, ex D. Thoma⁹⁾. Unde dicunt in hac unctione pedum servandam esse consuetudinem Ecclesiarum¹⁰⁾.

¹⁾ Tr. 7, cap. 2, num. 22. — *Aversa*, sect. 4, v. *Videtur adhuc*. — ²⁾ Lib. 6, part. 2, n. 2121. — *Rit. Rom.*, de Sacr. Extr. Unct., cap. 1, n. 12, v. *Quodsi dubitet*. — ³⁾ Tr. 20, qu. 1, quer. 2, resp. 2. — ⁴⁾ De Extr. Unct., num. 10. — ⁵⁾ Tr. 7, cap. 2, n. 16. — *Suar.*, disp. 40, sect. 2, n. 8; et disp. 41, sect. 2, n. 13. — *Sotus*, in 4, dist. 28, qu. 2, art. 3, concl. 1. — *Henriq.*, lib. 8, cap. 12, n. 1. — ⁶⁾ Tr. 7, cap. 2, n. 19. — *Bellar.*, de Extr. Unct., cap. 10. — *Valent.*, disp. 8, qu. 2, punct. 2, v. *Secundo*. — *Coninck*, disp. 19, dub. 3, n. 12. — *Bonac.*, disp. 7, punct. 5, n. 16. — ¹⁶⁾ Suppl., qu. 32, art. 6, corp. — ¹⁷⁾ De Synodo, lib. 8, cap. 3, n. 5. — *Tournely*, Praelect., de Extr. Unct., qu. 2, art. 1, quer. 3. — ¹⁸⁾ Loc. cit., n. 10. — ¹⁹⁾ De Extr. Unct., n. 25. — ²⁰⁾ Loc. cit., n. 32. — *Nuñez*, in Suppl., qu. 29, art. 9, concl. 3. — *Leandro*, disp. 2, qu. 21.

diff. 5, scribit: « Praecisa forma est: *Indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per visum, etc.* »

^{g)} De formula brevi in administratione Extremae Unctionis adhibenda in casu mortis imminentis, S. C. S. O., die 25 Aprilis 1906, haec decrevit: « In casu vereae necessitatis sufficere formam: *Per istam sanctam unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Amen* ». — Cum autem forma haec sufficiens declaretur (esto in necessitate), per eam totum sacramentum confertur; proindeque, si infirmus supervivat, non sunt supplendae reliquae partiales unctiones; supplendae vero erunt aliae orationes, juxta Ritualis praescriptum: « *Si adhuc supervivat, dicantur orationes praetermissae suo loco positae* ».

Nec etiam est de necessitate sacramenti servare *ordinem* inter unctiones partium; quia hujus ordinis inversio minime impedit sacramenti significationem. Holzmann¹⁰⁾ cum communi. — Communiter tamen dicunt Suarezⁱ⁾, Bonacinaⁱ⁾; Palausⁱⁱ⁾ cum Sàⁱ⁾; et Holzmannⁱⁱ⁾ cum Babenstuber, id esse graviter illicitum; quia esset contra usum Ecclesiae in re notabili.

« ³⁾ De essentia hujus sacramenti est: « ¹⁾ Ut organa quinque sensuum quae inunguntur nominentur. Palaus¹³⁾, Aver-sa¹⁴⁾, etc. communiter. Licet Diana¹⁵⁾ ex Reginaldo contrarium censeat probabile; imo ad valorem sufficere, si inter ungendum omnes sensus dicas: *Per istas sanctas unctiones indulgeat tibi, etc.* — ²⁾ Verba illa: *Per hanc sanctam unctionem*; etsi Palaus¹⁶⁾ dicat valere, si tantum omittas *tò sanctam*. — ³⁾ Verba deprecativa: *Indulgeat tibi Deus*. Hinc formam imperativam, v. gr. *Per hanc etc., remittatur tibi quidquid, etc.*, non valere dicit Palaus¹⁷⁾, Dianaⁱ⁾ ».

711. — Quod ad FORMAM hujus sacramenti pertinet, sacerdos, intincto pollice in oleo sancto, in modum crucis ungere infirmum, ut praescribit Rituale Romanum, in partibus infra subscriptis,

cap. 2, n. 5. — *Sà*, loc. cit., n. 12. — *Bonac.*, punct. 5, n. 18. — ¹⁸⁾ Suppl., qu. 32, art. 6. — ¹⁹⁾ De Extr. Unct., n. 11. — ²⁰⁾ Tr. 26, punct. 3, n. 11. — ²¹⁾ De Extr. Unct., n. 11, i. f. — *Babenst.*, de Extr. Unct., art. 2, num. 8. — ²²⁾ Loc. cit., punct. 4, n. 4. — ²³⁾ Sect. 4, v. *Jam circa*. — ²⁴⁾ Part. 9, tr. 7, resol. 56, v. *Ei hanc*. — *Regin.*, lib. 28, num. 56. — ²⁵⁾ Punct. 4, num. 4. — ²⁶⁾ Loc. cit. — *Rit. Rom.*, de Sacr. Extr. Unct., cap. 1, num. 10, 15 et seqq.; cap. 2, num. 8 et seqq.

Forma sacramenti:

^{h)} Quoad renum unctionem, si haec in aliqua dioecesi non sit usitata, S. R. C., die 14 Aug. 1858, declaravit id quidem se patienter laturam; insimil tamen ardentissimum votum suum expressit, ut paulatim et sensim sine sensu disponantur fideles ad istam quoque specialem unctionem in extremo agone recipiendam. *Decr. auth.*, n. 3075.

ⁱ⁾ Suarez, disp. 40, sect. 2, i. f., ait ordinem inter unctiones servandum esse, « quia ita habet Ecclesiae consuetudo, quae sine aliquo peccato non potest omitti ». Bonacina, punct. 5, n. 20, non loquitur de peccato, sicut neque Emmann. Sà, loc. cit., n. 12, quamvis iste a Palao citetur.

^{j)} Scilicet, apud Diana, part. 9, tr. 7, resol. 56.

Ordo unctionum non est necessarius necessitate sacramenti.

Sed necessitate pracepti gravis.

Verba necessaria in sacramenta.

aptando verba formae proprio loco in hunc modum, videlicet: *Per istam sanctam unctionem et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per visum* (si ungitur oculus, et sic de aliis) *deliquisti. Amen.* Minister vero, si est in sacris, vel ipsem sacerdos, post quamlibet unctionem tergit loca inuncta novo globulo bombacii vel rei similis, eumque in vase mundo reponat et ad ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque projiciat in sacrarium. — Advertit pariter Rituale quod, cum sacerdos ungit partes corporis quae pares sunt, prout oculos, aures, etc. (incipiendo semper a parte dextra), non absolvat formam, antequam ambas perunxerit. Si quis autem sit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima eadem forma inungatur. — Deinde aures inungendo repeat eamdem formam, dicendo: *per auditum.* Ad nares: *per odoratum.* Ad os (compresis labiis): *per gustum et locutionem.* Ad manus (sacerdotibus exterius, reliquis interius in palmis): *per tactum.* Ad pedes (scilicet in plantis): *per gressum.* Ad renes: *per lumborum delectationem.* Haec autem unctione omittitur in feminis, et etiam in viris qui vix aut sine periculo mortis

¹ Lib. 6, part. 2, n. 2097. — ² Tr. 5, disp. 5, qu. un., cap. 1, v. f. - *Gobat*, tr. 8, de Extr. Unct., n. 811. - *Bosco*, de Poenit., disp. 7, sect. 3, num. 31; de Extr. Unct., disp. 9, sect. 2, n. 31. — ³ Tr. 26, punct. 4, n. 4. — ⁴ Loc. cit., cap. 1, i. f. — ⁵ Tr. 7, cap. 2, n. 30, i. f. - *Aversa*, sect. 3, v. *Quin-*

⁶) Sed de casu mortis imminentis, vide notam *g* hic supra.

⁷ II. - ^{a)} Holzmann, n. 14, id forte innuit, scribendo: « Tu vero nihil muta, nihil omittit, si necessitas non urgeat ad perficiendum sacramentum cum celeritate ».

^{b)} B. Albertus Magnus, contrariae sententiae (quae S. Alphonsus prior habetur) adhaeret, scribens, in 4, dist. 23, art. 4, qu. 2: « In quantum quidem sacramentum, de bene esse habet, indicativam orationem; in quantum autem exequuntur, qui soli gratiae divinae committuntur, de esse habet orationem de precativam ».

^{c)} Becanus, de Sacram., cap. 27, qu. 4, n. 3, hanc sententiam ultimo loco ponit, eamque fusius quam oppositam probat.

^{d)} Tanner, disp. 7, qu. 1, n. 22, opinionem hanc ut probabilem habet.

^{e)} Forma ista reperitur apud Menardum, Not. ad Sacram. D. Gregor., not. 912, ex

moveri non possunt. — Quando autem periculum mortis imminet, praecipit Rituale ut infirmus cito ungatur praedictis verbis: *Per istam s. unctionem, etc.* Et postea si supervivat, dicantur orationes praetermissae^{h)}. — Haec omnia habentur in Rituale.

Verbum *deliquisti* merito dicunt Croix¹ et Mazzotta² cum Gobat (contra Bosco) esse de essentia. — Nam alias non exprimeretur in forma unus ex principalibus effectibus hujus sacramenti, qui est remissio peccatorum, ut dixit D. Jacobus: *Et si in peccatis sit, remittentur ei.*

Verbum autem *sanctam* non est de essentia; cum in Florentino et Tridentino haec vox non addatur: peccat tamen omitiens. — Ita communiter Palaus³, Holzmann⁴, Mazzotta⁵; et Salmant.⁶ cum Aversa et Dicastillo.

Dubitatur 1^o. *An valeat forma indicativa?*

Prima sententia affirmit: quam tenent Tournely⁶ et Juenin⁷; item Paludanus, Albertus Magnus⁸, Becanus⁹, Richardus, Aureolus et Tanner¹⁰, apud Escobar¹¹; et probabilem putat Concina¹². — Eam probant ex variis priscis Ritualibus, et signanter ex Ambrosiano¹³, in quo di-

Forma indicativa, juxta alios, valida.

cebatur: *Ungo te oleo sanctificato in nomine Patris, etc., ut, more militis uncti, praeparatus ad certamen, aereas possis superare potestates.*

Secunda tamen sententia, communis et verior, docet non valere. Ita S. Thomas¹, Merbesius², Natalis Alexander³, Suarez⁴, Filiuccius⁵, Petrocorensis⁶, Palaus⁷, Elbel⁸; Holzmann⁹ cum S. Bonaventura et Mastrio¹⁰; Escobar¹¹ cum Henriquez, Coninck, Nuñez et Hurtado; ac Sporer¹² cum Bellarmino, Laymann, Bonacina, Valentia, etc. — Ratio habetur ex ipsis verbis D. Jacobi: *Et orent super*

¹ Suppl. qu. 29, art. 8. — ² De Extr. Unct., qu. 20. — ³ Cap. 1, art. 3. — ⁴ Disp. 40, sect. 3, n. 7. — ⁵ Tr. 3, cap. 4, num. 80. — ⁶ De Extr. Unct., cap. 1, qu. 7. — ⁷ Tr. 26, punct. 4, num. 1. — ⁸ De Extr. Unct., num. 28. — ⁹ De Extr. Unct., n. 15. — ¹⁰ Bonav., in 4, dist. 23, art. 1, qu. 4. — ¹¹ Lib. 22, num. 104 et 105. — ¹² Henr., lib. 3, cap. 8, n. 3. — ¹³ Coninck, disp. 19, dub. 4, n. 14. — ¹⁴ Nuñez,

eam, ungentes eum oleo..., et oratio fidei salvabit infirmum. Ex quibus verbis patet Apostolum orationi tribuisse efficaciam hujus sacramenti. — Nec obstant Ritualia opposita; nam respondet D. Thomas¹⁵, quod verba illa non erant forma hujus sacramenti, sed potius dispositio ad formam. Sed forte melius respondent Papa Benedictus XIV¹⁶; et Sporer¹⁷ cum Mastrio et Herinx, quod verba illa, *ut possis*, cum sint optativa, referri possunt ad proferentis votum et orationem, nempe ac si diceret: *Ungo te, orans Deum ut possis, etc.*

in Suppl. qu. 29, art. 8. - *Gasp. Hurtad.*, diff. 7. — ¹⁵ Suppl. sacram., cap. 2, n. 74. - *Bellar.*, cap. 7, v. f. - *Laym.*, lib. 5, tr. 8, cap. 3, n. 1. - *Bonac.*, disp. 7, punct. 3, n. 3. - *Valent.*, disp. 8, qu. 1, punct. 2, v. *Secundo*. — ¹⁶ Loc. cit., art. 8, ad 3. — ¹⁷ De Synodo, lib. 8, cap. 2, v. f. — ¹⁸ Loc. cit., n. 75. - *Mastr.*, Theol. mor., disp. 22, qu. 2, n. 32. - *Herinx*, qu. 3, num. 26.

Spiritus Sancti, per omnia saecula saeculorum. Amen. — Deinde uncto pectore, dicat sacerdos: *Quicquid peccasti per cogitationem cordis, parcat tibi Deus. Amen.* Deinde ungendo manus dicat: *Ungo te oleo, etc., ut supra;* et post: *Quicquid peccasti per operationem manuum, parcat tibi Deus. Amen.* Demum ungendo pedes: *Ungo te oleo, totum ut supra;* deinde: *Quicquid peccasti per incessum pedum, parcat tibi Deus. Amen.* — Haec igitur quae deprecavitam formam indicativae subiungit, nedum primam sententiam probet, secundam, quae S. Alphonsus prior habetur, omnino confirmat. — Haec de forma usurpata in Ecclesia Mediolanensi; verum Sacerdotale ad consuetudinem S. Romanae Ecclesiae altiarumque ecclesiarum ex Apostolicae bibliothecae ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, etc. collectum, Venetiis, apud Juntas, litteris gothicis, anno 1579 excusum, aliam formam fol. 110 et 111 tradit, quae formae indicativae solam optativam subiungit, et Venetiis in usu erat: « ORDO UNGENDI INFIRMI SECUNDUM USUM PATRIARCHATUS VENETIARUM... ». Sacerdos intingens pollicem in oleo sancto infirmorum, ungat caput infirmi in modum crucis dicens: *Ungo caput tuum oleo sanctificato. In nomine Pa†ris, et Fi†lii, et Spiritus Sancti: ut more militis uncti, praeparatus ad luctam, possis aereas superare catervas. Operare creatura olei, in nomine Dei Pa†ris, et Fi†lii, et Spiritus Sancti, ut non lateat hic spiritus immundus, nec in membris, nec in medullis, nec in ulla compagine membrorum hujus hominis; sed operetur in eo virtus Christi Filii altissimi, qui cum aeterno Deo Patre, vivit et regnat in unitate ejusdem*

missum est, medicina spirituali evacuetur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen. — Ad nares: *Ungo has nares oleo sacro, in nomine etc.: ut quicquid noxio vapore contractum est ab odore superfluo, ista emendet unctio vel medicatio. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.* — Ad labia: *Ungo labia ista consecrati olei medicamento. In nomine, etc.: ut quicquid gustu superfluo et inordinato, vel otiosa vel criminosa peccasti locutione, divina clementia miserante, hac unctione expurgetur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.* — Ad pectus: *Ungo pectus tuum oleo sancto: ut hac unctione protectus fortiter stare valeas adversus aereas catervas. In nomine, etc.: sit haec unctio olei sanctificati ad purificationem mentis et corporis. Per Christum Dominum nostrum. Qui tecum. R. Amen.* — Ad scapulas: *Ungo has scapulas, sive in medio scapularum oleo sacro. In nomine, etc.: ut ex omni parte spirituali protectione nuntius, valeas diabolicos impetus viriliter contemnere, ac procul possis eos robore superni juvaminis repellere. Per Christum Dominum nostrum. Qui tecum vivit et regnat. R. Amen.* — Ad manus: *Ungo has manus oleo sanctificato. In nomine, etc.: ut quicquid illicito vel noxio tactu vel opere peregerunt, per hanc unctionem evacuetur. Per Christum Dominum nostrum. Qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. R. Amen.* — Ad pedes: *Ungo hos pedes oleo benedicto. In nomine, etc.: ut quicquid superfluo vel nocivo incessu commiserunt, ista aboleat unctio vel medicatio. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.* — Ad aures: *Ungo has aures sacrae olei liquore. In nomine, etc.: ut quicquid delectatione nocivi auditus ad-*

¹⁸ Mastrius, Theol. mor., disp. 22, qu. 2,

Dubitatur 2º. An sint de essentia verba:
Per suam piissimam misericordiam?

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Nuñez⁸⁾ et Hurtadus⁹⁾, apud Escobar¹; atque Bellarminus¹⁰ apud Mazzotta¹¹, favetque Coninck¹². Et probabilem putat Roncaglia¹³ quoad verbum *misericordiam*; dubitat vero Suarez¹⁴. — Ratio, quia, cum forma debeat esse deprecativa, necessario in ea est explicandus recursus ad divinam misericordiam, quae respicit misericordiam, in qua maxime est infirmus in fine vitae constitutus.

Secunda vero sententia, longe communior et longe probabilius, negat. Et hanc tenent Palaus¹⁵, Bonacina¹⁶, Salmant.¹⁷, Roncaglia¹⁸, Sporer¹⁹, Holzmann²⁰; et Escobar²¹ cum Laymann, Filiuccio, Reginaldo, Henriquez, Dicastillo et Trullench.

Ratio enim opposita minime suadet verba illa esse de essentia; quia eo ipso quod sacerdos dicat *Indulgeat tibi Deus*, satis orat divinam misericordiam.

Omnes²²) tamen convenient quod omittere praedicta verba esset quidem mor-

⁸⁾ Lib. 22, n. 97. — ⁹⁾ Tract. 5, disp. 5, qu. un., cap. 1, i. f. — ¹⁰⁾ Tr. 20, qu. 1, quaer. 3. — ¹¹⁾ Disp. 40, sect. 3, n. 14. — ¹²⁾ Tr. 26, punct. 4, n. 4. — ¹³⁾ Tr. 7, cap. 2, n. 31. — ¹⁴⁾ Suppl. sacram., cap. 2, n. 71. — ¹⁵⁾ De Extr. Unct., n. 14. — ¹⁶⁾ Lib. 22, n. 98 et 99. — ¹⁷⁾ Laym., cap. 3, n. 3, v. *Tertio advertendum*. — ¹⁸⁾ Fil., tr. 3, cap. 4, n. 85. — ¹⁹⁾ Regin., lib. 28, n. 56. — ²⁰⁾ Henric., lib. 8, cap. 8, n. 3. — ²¹⁾ Dicast., dub. 4, n. 68. — ²²⁾ Trull., lib. 5, dub. 2, n. 10. — ²³⁾ Punct. 3, n. 3. — ²⁴⁾ Gasp. Hurtad., diff. 7,

n. 32, hanc secundam sententiam probabiliter existimat, sed n. 31, dicit primam probabilitate defendi posse.

⁸⁾ Nuñez non satis accurate citatur ab Escobar; distinguit enim, qu. 29, art. 9, concl. 4; et dicit verba *per suam misericordiam*, de necessitate sacramenti requiri; verbum autem *piissimam* negat esse essentiale (concl. 2). — Gaspar Hurtadus, diff. 7, v. *Ad dimis verba*, scribit de verbis *piissimam* et *suam misericordiam*: « Est... verisimile non esse necessarium necessitate sacramenti ». Et quia dicit tantum *verisimile* esse quod ista verba non sint de essentia, citatur ab Escobar tamquam favens sententiae affirmanti esse de essentia.

⁹⁾ Bellarminus male citatur a Mazzotta; hoc enim non dicit, quinimo oppositum videatur insinuare, cap. 7, dicendo: « Secundo nota non esse in hac forma numerandas syllabas, quasi singula sint de essentia; solum enim sententia ad essentiam pertinet quae formam habeat deprecatoriam, cum Jacobus diserte dicat: *Orent super eum*. Et praeterea expri-

tale; cum esset omissio in re notabili, et contra usum Ecclesiae.

Dubitatur 3º. An valeat forma, si dicatur: *Ungo te oleo sancto, ut per suam misericordiam indulgeat tibi Deus, etc.*?

Negant Bonacina¹⁰; ac Hurtadus, Nuñez, etc., apud Salmant.¹¹ — Probabiliter vero affirmant Suarez, Laymann, Filiuccius, Henriquez, Reginaldus et caeteri communius, apud eosdem Salmant.¹² (qui tamen dicunt rem esse incertam). Ratio, quia his verbis jam exprimitur substantia formae.

712. — ^{a)} 4º. Hoc sacramentum tantum dandum est morti propinquis ex morbo, vulnere, partu vel senectute; quia hi soli sunt infirmi. Quod si morbo liberari rursus periclitentur, iterandum est; et quidem in diuturnis morbis, quoties erit periculum novum: neque expectant dum (sub gravi culpa, Quintanadvenas¹³) donec sensibus careant vel omnino sint desperati. — In dubio vero de vita, detur sub conditione. Laymann¹⁴ ex S. Thoma, Silvestro, Suarez.

¹⁰⁾ Addimus ut. — Nuñes, qu. 29, art. 8, v. *Et etiam mihi videtur*. — ¹¹⁾ Loc. cit., n. 29. — Suar., disp. 40, sect. 3, n. 8. — Laym., cap. 3, n. 1. — Fil., loc. cit., n. 81. — Henrig., loc. cit. — Regin., lib. 28, n. 55. — ¹²⁾ Tr. 7, cap. 2, n. 29. — ¹³⁾ Tr. 5, singul. 8, num. 2 et seqq. — ¹⁴⁾ Tract. 8, cap. 4, num. 5; cfr. cap. 8, n. 2. — S. Thom., in 4, dist. 23, qu. 2, art. 4, solut. 2; Suppl., qu. 33, art. 2. — Silvest., v. *Unctio*, qu. 5, i. f.; cfr. n. 8. — Suar., disp. 40, sect. 5, n. 5 et seqq.

mat effectum sacramenti, ita ut determinet materiam, id est unctionem illam ».

¹²⁾ Coninck eo sensu consentire dicendus est, ut ait Escobar, quod de hac re dubitat; scribit enim, disp. 19, dub. 4, n. 15: « Utrum... sint essentia non satis constat: videntur enim satis intelligi sub verbo *indulgeat*, quod significat misericordiam ». Sed profecto his verbis videtur potius inclinare in secundam sententiam, quae S. Alphonso longe probabilius habetur.

¹³⁾ Bonacina, de Extr. Unct., punct. 3, n. 4, id dicit de verbo: *piissimam*. — Roncaglia autem, loc. cit., qu. 3, scribit: « Quidam putant non esse de essentia hujus formae ea verba et suam piissimam misericordiam »; omittere tamen illa esse lethale propter periculum nullitatis, ob contrarium DD. sententiam; sed concludit: « Illud certum est: *ly piissimam* non esse de essentia formae ». Cfr. de hoc argumento formam a S. O. probatam pro casu necessitatis, nota g ad n. 710, in qua haec verba plane omittuntur.

¹⁴⁾ Paucis exceptis.

Quibus nam dari nequeat.

« 5º. Si conferatur infirmo communi « morbo, sive non graviter vel periculose « laboranti, non est validum. Suarez, Pa- « laus, Granado, Amicus, etc. communici- « ter. — Ac licet Lessius, Wiggers et « Quintanadvenas contrarium putent pro- « babile²⁴; concedunt tamen sic inunctum « iterum inungendum esse (etiam in eo- « dem morbo), quando periculose laborare « cooperit, ob mutatum statum infirma- « tis; additique Quintanadvenas, mortaliter « peccatum fuisse. Vide Quintanadvenas¹, « Diana² ».

713. — Dubitatur 1º. *An sit validum hoc sacramentum Extremae Unctionis, si conferatur sano?*

Affirmat Juenin apud Benedictum XIV⁸. Et Roncaglia⁴ respondebat quod non auderet asserere esse invalidum; cum nullib[us] viderit condemnatum ritum Graecorum, qui in die Coenae Domini, dum consecratur oleum infirmorum ab episcopo, totum illud insument in ungendis adstantibus.

Sed omnino tenendum est invalidum cum communi sententia, quam tenent Suarez⁵, Palaus⁶, Salmant.⁷, Concinna⁸) et noster Summus Pontifex Benedictus XIV⁸. Ratio, quia id patet ex verbis S. Jacobi cap. v, ubi dicitur: *Infirmitur quis in vobis? Inducat, etc.* Et communiter omnes interpretantur hunc textum de infirmitate corporali, non autem spirituali; ex Tridentino⁹, ubi dicitur: *Declaratur... esse hanc unctionem infirmis adhibendam*. — Nec obstat ritus Ecclesiae graecae; nam sapienter advertit praefatus Pontifex un-

¹⁵⁾ Suar., disp. 42, sect. 2, n. 4 et 5. — Palaus, tr. 26, punct. 6, n. 15. — Granad., de Extr. Unct., tr. unic., disp. 6, n. 2. — Amic., tom. 8, disp. 19, n. 183 et 186. — Less., de Extr. Unct., cap. 4, dub. 1, n. 21. — Wiggers, in Suppl. S. Thom., qu. 32, n. 3. — Quintan., tr. 5, singul. 7, n. 4 et seqq. — ¹⁶⁾ Loc. cit. — ¹⁷⁾ Part. 9, tr. 6, resol. 45. — Juen., de Sacram., diss. 7, qu. 7, cap. 3. — ¹⁸⁾ Synodo, lib. 8, cap. 5, num. 4. — ¹⁹⁾ Tr. 20, qu. 1, quaer. 6. — ²⁰⁾ Disp. 42, sect. 2, n. 2. — ²¹⁾ Tr. 26, punct. 6, n. 10. — ²²⁾ Tr. 7, cap. 4, n. 1 et 6. — ²³⁾ Loc. cit., n. 5. — ²⁴⁾ Sess. 14, de Extr. Unct., tom. 18, col. 550.

712. — ^{a)} Nisi tamen infirmitas sit valde levis, ut limitant Lessius et Wiggers. — Praeterea Lessius, dub. 4, n. 28, Wiggers, qu. 83, generaliter tantum dicunt posse iterari hoc sacramentum in eodem morbo, si diutius duraret, modo diversos status habeant.

713. — ^{a)} Conincna non satis indicat quamnam opinionem teneat, cap. 4, n. 1 et 2, quamvis, n. 6, addat: « Sacramentum istud nec

cionem illam sanis adhiberi, non tamquam sacramentum (quod errorem esse ait ita credere), sed ut meram caeremoniam ac sacramentalem benedictionem.

Dubitatur 2º. *An sit validum hoc sacramentum, si conferatur infirmo quocumque morbo laboranti, etiam non gravi?*

Prima sententia affirmat, dicens esse quidem illicitum, sed non invalidum; et hanc tenent Coninck^{b)} et Wigandt¹⁰. — Ratio: tum quia Apostolus agnoscit absolute infirmum pro subiecto capaci hujus sacramenti, cum dicat: *Infirmitur quis in vobis? Inducat, etc.* Tum quia in Tridentino¹¹ sic habetur: *Declaratur etiam esse hanc unctionem infirmis adhibendam*; illis vero praesertim qui tam periculose decumbunt, ut in exitu vitae constituti videantur: unde et sacramentum exequitum nuncupatur. Ubi notant verbum *praesertim*; et ex eo inferunt sacramentum adhiberi posse etiam iis qui non periculose decumbunt.

Secunda tamen sententia, communior et sequenda, docet talem collationem non solum esse illicitam, sed etiam invalidam. Ita Suarez¹², Palaus¹³, Bonacina¹⁴; Escobar¹⁵ cum Caspensi, Granado, Amico, Diana, Reginaldo, etc.: ex D. Thoma¹⁶, ubi docet hoc sacramentum non esse dandum nisi infirmis qui secundum humanam aestimationem videntur morti appropinquare. — Probatur ex decreto Eugenii IV in Instructione ad Armenos, ubi dictum fuit: *Hoc sacramentum, nisi infirmo de cuius morte timetur dari non*

Invalide datur.

Quaedam alia forma probabiliter valida.

Quibus nam danda sit Extrema Unctio.

Sano invadile datur.

Aegrotanti non graviter, iuxta alios, illicite, sed valide datur.

debet. Verbum autem *debet* hic non tantum importat praeceptum, sed etiam necessitatem; quia praefatus Pontifex, cum declaraverit subjectum hujus sacramenti, et designarit tantum infirmum de cuius morte timetur, censetur alios quidem infimos exclusisse. Confirmatur ex fine institutionis hujus sacramenti, qui fuit (prout ait Tridentinum¹) ut hoc sacramentum *finem vitae tamquam firmissimo quodam praesidio muniret.* — Nec obstat quod in dicto cap. 3 dicatur: *praesertim.* Nam haec particula, juxta contextum concilii (ut patet) non denotat posse quibusvis infirmis sacramentum ministrari; sed posse dari iis qui periculose decumbunt, etiamsi non sint constituti in exitu vitae sive in articulo mortis, modo immineat periculum mortis, ut mox in fine Dubii quarti n. 714, declarabitur².

Dubitatur 3^o. *An mulieri laboranti in partu sit hoc sacramentum ministrandum?* — Respondetur:

Si femina laborat in partu communibus tantum doloribus, non poterit quidemungi, etiamsi prima vice pariat, vel alias fuerit in periculo mortis; quia tunc non adhuc periculosa laborat infirmitate, ut communiter dicunt DD. infra citandi cum concilio Mediolanensi³, ubi dictum fuit: *Parochus Extremae Unctionis sacramen-*

¹ Sess. 14, de Extr. Unct., prooem. — ² Concil. Mediolan. provinc. IV, part. 2, § Quae pertinent ad Extremam Unctionem. — ³ Tr. 8, cap. 5, num. 104. — ⁴ Part. 10, tr. 12, resol. 9. — ⁵ Amic., tom. 8, disp. 19, n. 157. — ⁶ Lib. 22, n. 140 et 141. — ⁷ Regin., lib. 28, num. 68. — ⁸ Trull., lib. 5, dub. 4, num. 4, i. f. — ⁹ Candid., de Extr. Unct., disquis. 3, art. 5,

tum... ne ministret... mulieribus in partu laborantibus. — Secus vero, si mulier jam coeperit gravissimis cruciatis diversari, ita ut jam actu sit in proximo periculo mortis; quia tunc revera jam periculose infirmatur. — Ita Bonacina⁴, Filiuccius⁵; Diana⁶ cum Francisco Lugo⁷ et Amico; ac Escobar⁸ cum Reginaldo, Trullench, Candido, etc.

714. — Dubitatur 4^o. *An hoc sacramentum licite conferri possit aegroto in solo putato periculo vitae?*

Prima sententia negat, et hanc tenet Viva⁹; et probabilem vocant Lessius¹⁰ et Quintanadvenas¹¹, apud Escobar¹². — Ratio (ut dicunt), quia non potest sacramentum exponi periculo frustrationis; invalide enim conferretur, si revera infirmus non esset in vero pericolo mortis.

Secunda tamen sententia, communis et vera, affirmat. Et hanc tenent Palaus¹³, Suarez¹⁴, Holzmann¹⁵; Sporer¹⁶ cum Scoto et Amico; ac Escobar¹⁷ cum Caspensi, Granado, Reginaldo, etc. — Haec sententia docet, ad ministrandum hoc sacramentum valide et licite, sufficere quod infirmus laboret morbo ita gravi, ut prudenter putetur esse in periculo proximae mortis. Et probatur ex decreto Eugenii (ut supra), ubi: *De cuius morte timetur. Et ex Rituall, ubi: Debet... hoc sacramentum in-*

dub. 3. — ⁶ Tr. 26, punct. 6, n. 16. — ⁷ Disp. 42, sect. 2, n. 5. — ⁸ De Extr. Unct., n. 28. — ⁹ Suppl. sacram., cap. 2, num. 98. — ¹⁰ Scot., in 4, dist. 23, concl. 2. — ¹¹ Amic., tom. 8, disp. 19, n. 160. — ¹² Lib. 22, n. 138. — ¹³ Caspensi., tr. 27, disp. 4, num. 12. — ¹⁴ Gran., de Extr. Unct., disp. 6, num. 2. — ¹⁵ Regin., lib. 28, n. 67. — ¹⁶ Riu. Rom., de Extr. Unct., cap. 1, n. 5.

aegrotans periculoso morbo vel vulnere, vel partu, vel senio.

714. — a) Viva, de Extr. Unct., qu. 6, art. 3, n. 2, dicit probabilis esse invalidum.

b) Lessius et Quintanadvenas citantur ab Escobar n. 136, pro opinione quea dicit Extremam Unctionem, ad hoc ut licite detur, require quidem ut suscipiens bona fide credatur esse in mortis periculo; non tamen invalidam esse, si detur graviter aegrotanti, sed sine vero periculo mortis. Et profecto Lessius, de Extr. Unct., cap. 4, dub. 1, n. 21, scribit: « Si vero sit gravis [infirmitas], non tamen apparet periculosa, probabile est esse sacramentum; peccant tamen qui sic scientes conferunt vel accipiunt. — Quintanadvenas autem, tr. 5, singul. 7, n. 5, scribit: Si « morbus nec in specie nec in individuo infirmum in mortis

Secus, si
gravissimis
cruciatis
diveretur.

In solo pu-
tato peri-
culo vitae,
juxta alios,
dari nequit.

Vere dari
potest.

*firmis preeberi, qui... tam graviter labo-
rant, ut mortis periculum imminentem vi-
deatur.*^c — Et ratio est, quia, cum Christus Dominus ministracionem hujus sacramenti hominibus reliquerit, credendum est sic eam reliquise, ut possint concedere illud omnibus infirmis quibus probabilitate judi-
catur periculum mortis imminentem.

Advertendum autem hic 1^o. Quod ad praebendum hoc sacramentum non est expectandum ultimum vitae tempus. Unde communiter docent Merbesius^d, Roncalgia^e et Antoine^f, graviter peccare parochos qui differunt hoc sacramentum usquedam infirmis privetur usu sensuum et rationis; prout habetur etiam expressum in Catechismo Romano^g, ubi dicitur: *Gravissime peccant qui illud tempus ae-
groti ungendi observare solent, cum jam, omni salutis spe amissa, vita et sensibus carere incipiatur.* — Ratio, quia sic privatur infirmus uberiori fructu quem receperisset si suscepisset sacramentum dum erat rationis compos; cum magis tunc se ad illud disposuerit. Item, quia privatur spiritu-
libus viribus ad resistendum daemoni et ad perforanda morbi incommoda. Item, quia infirmus, si forte esset in mortali, et compos rationis sacramentum receperisset, auxilio attritionis gratiam forte fuisset adeptus, qua alioquin privatur. Demum, quia virtute hujus sacramenti forte consecutus fuisset sanitatem corporis si tem-
pore congruo collatum fuisset; licet enim

¹ De Extr. Unct., reg. in praxi, n. 2. — ² De Extr. Unct., qu. 6, observ. 1. — ³ Part. 2, cap. 6, n. 9. — ⁴ Monit. 8, praepositum editioni Euchologii; cfr. bullam *Ex quo pri-
mum*, diei 1 Martii 1756, § 44. — ⁵ Disp. 42, sect. 2, n. 4. — ⁶ Tr. 26, punct. 6, n. 12. — ⁷ Lib. 22, n. 138. — ⁸ De Extr.

periculo, vel prudenter existimat, constitut, lethalis culpa est^h.

c) Aut senibus decrepitis, qui pree senio (sunt verba Ritualis) *deficiunt et in diem vi-
dentur mori, etiam sine alia infirmitate.* Ita S. Doctor, in *Hom. apost.*, tr. 17, n. 7, ubi haec etiam addit: « Si... daretur [Extrema Unctio] in morbo gravi, quin aliquod videatur imminentem periculum mortis, daretur quidem valide, sed illicite».

d) Merbesius, de Extr. Unct., qu. 25, mo-
nit. 5, lethaliter peccare ait parochum, « qui sine causa legitima hujus sacramenti admini-
strationem differt, et maxime cum probabili
periculo suum parochianum privandi tanto tamque necessario subsidio».

hoc sacramentum virtute quadam super-
naturali operetur etiam salutem corporal-
em, si animae saluti expedierit (ut loqui-
tur Tridentinum), non tamen per modum
miraculi operatur, sed via quodammodo
ordinaria, nempe causas naturales adju-
vando, ut communiter ajunt doctores. —
Quae omnia saltet simul congesta viden-
tur grave damnum infirmo afferre.

Advertendum 2^o. Quod distinguere oportet quando Extrema Unctio dari debet, et quando dari possit. — Adest qui-
dem obligatio (ut mox diximus) eam mi-
nistrandi cum urget periculum proximae
mortis; et tunc non est expectandum ul-
timum vitae tempus, sed ministrandum est sacramentum (sicut praecipit Benedictus XIV in *Euchologio Graecorum*ⁱ), cum infirmi sibi constant, et sui compotes sunt.

Caeterum communiter docent DD. valide et licite posse dari Extremam Unctionem statim ac prudenter judicatur infirmus laborare periculo mortis, etsi adhuc non proximae. Ita Suarez^j, ubi ait: *Ut minimum requiri... ut ex tali in-
firmitate mors possit moraliter timeri,
saltet remote.* Idem docent Coninck^k, Ca-
stropalaus^l, Bonacina^m, Escobarⁿ, Holz-
mann^o, Sporer^p, Salmant.¹⁰ et alii passim cum Benedicto XIV¹¹ et Honorato Tour-
nely¹², qui adducit pro hac sententia du-
plex concilium Aquisgranense^f et Mogun-
tinum^f. Id probatur 1^o. ex concilio Florentino, in decreto ubi dicitur subje-

⁹ Suppl. sacram., cap. 2, n. 98. — ¹⁰ Tr. 7, cap. 4, n. 6. — ¹¹ De Synodo, lib. 8, cap. 5, n. 1; et cap. 7, n. 1 et 2. — ¹² Praelect., de Extr. Unct., qu. 3, quer. 2. — ¹³ Concil. Florent., decr. ad Armenos, v. *Quintum sacra-
mentum*, ap. Labbe, tom. 18, col. 550.

ⁱ Dari debet
in periculo
proximae
mortis.

^j Dari potest
in periculo
mortis, etsi
non proxi-
mae.

e) Coninck, disp. 19, n. 24, scribit: « Hoc sacramentum non debet conferri nisi ei qui ita aegrotat, ut de vita periclitetur»; et addit non esse expectandum « extremum omnino periculum, vitae...; sed praestat dari sacra-
mentum, dum est adhuc integris sensibus». — Idemque habet Bonacina, punct. 5, n. 7.

f) Concilium Aquisgranense II, anno 836 celebatur, id perspicue innuit, cap. 2, can. 5, (ap. Labbe, tom. 9, col. 827), ubi dicit: « Si... in-
firmitate depressus fuerit, ne confessione atque oratione sacerdotali, necnon unctione sa-
cramentum olei per ejus negligentiam careat». — Concilium Moguntinum autem, anno 1549 cele-
bratum, cap. 34, statuit: « Sacram unctionem doceant pastores nostri ad infirmorum et eo-

ctum hujus sacramenti esse infirmum, *de cuius morte timetur*. Probatur 2º. ex Tridentino¹, ubi habetur: *Hanc unctionem infirmis adhibendam, illis vero praesertim qui... in exitu vitae constituti videantur*. Particula illa *praesertim* satis indicat posse Extremam Unctionem ministrari etiam infirmis qui nondum videntur esse in exitu vitae. Fortius demum probatur 3º. ex citata bulla 53 Benedicti XIV², ubi scribitur: *Ut... solis fidibus graviter aegrotantibus, non autem bene se habentibus ministretur*. Hinc recte ait Castropalaus³: *Quapropter censerem, quotes viaticum infirmo ministratur, statim et ministrari Unctionem posse et expedire; quia jam censemur infirmitas grave periculum vitae inducere*⁴.

In dubio
de periculo
nequit dari.

Secus, in
vera proba-
bilitate.

In dubio autem an infirmitas sit periculosa mortis, recte aijunt Castropalaus⁴ et Laymann⁵ non posse Extremam Unctionem ministrari, tum quia praeceptum est ne aliis quam de vita periclitantibus ministretur.

Secus vero, si de tali periculo vera adsit probabilitas sive prudens timor, ut communiter docent Suarez, Caspensis, Castropalaus, Escobar; et Holzmann⁶ cum Scoto et Mastrio.

715. - Dubitatur 5º. *Quando hoc sacramentum possit iterum ministrari eidem infirmo?*

Respondetur:

Quando infirmitas non est diurna, ad iterandum hoc sacramentum requiritur ut infirmus a priori infirmitate *convaluerit, et in aliud simile vitae discriminem inciderit*, ut docet Tridentinum⁷.

¹ Sess. 14, de Extr. Unct., cap. 3. - ² Bulla *Ex quo primum*, § 46. - ³ Tract. 26, punct. 6, num. 12. - ⁴ Loc. cit., num. 18. - ⁵ Lib. 5, tr. 8, cap. 4, num. 4, i. f. - ⁶ Suar., disp. 42, sect. 2, n. 5. - ⁷ Caspens., tr. 27, disp. 4, num. 12. - ⁸ Palaus, loc. cit., num. 12, 13 et 16. - ⁹ Escob., lib. 22, num. 138. - ¹⁰ De Extr. Unct., n. 28. - ¹¹ Scot., in 4, dist. 23, concl. 2. - ¹² Mastri., Theol. mor., disp. 22, qu. 5,

Quando vero infirmitates sunt diuturnae, prout sunt hectica et hydroperosis, tunc S. Carolus Borromaeus⁸ sic instruit: *Si ob mortem impendentem quis unctus fuerit et evaserit, deinde ex eodem morbo in alium similem casum et periculum mortis rursus inciderit, rursus... ungi debet*. Idem docuit D. Thomas⁹. Idem praecipit Rituale Romanum, dicens: *In eadem infirmitate hoc sacramentum iterari non debet, nisi diurna sit, ut si, cum infirmus convaluerit, iterum in periculum mortis incidat*. Unde adverte quod in morbo diurno, si infirmus post unctionem certe manserit in eodem periculo mortis, non poterit rursus ungi.

Secus vero ait noster Summus Pontifex Benedictus XIV¹⁰ (de nobis optime meritus), si dubitetur an revera morbi status mutatus sit; tunc enim dicit expedire ad sacramenti iterationem praeponderare, eo quod haec sit uniformior veteri Ecclesiae consuetudini, et per eam novum spirituale subsidium infirmo obveniat. Hoc tamen intelligendum de dubio positivo, nempe quando probabile sit infirmum jam exiisse a periculo mortis. Nam alias in mero dubio negativo servandum est praeceptum Tridentini, ubi dicitur posse sacramentum iterari, si infirmi *convaluerint*; quod revera non potest verificari, nisi saltem probabiliter a periculo exierint.

Unde dicit Roncaglia¹¹ non sufficere infirmum per quatuor vel quinque dies ita se melius habuisse, ut videatur mortis periculum evasisse. Secus, si per notabile tempus; ut dicunt Wigandt¹², et Sporer¹³ cum

n. 73. - ¹³ Sess. 14, de Extr. Unct., cap. 3. - ¹⁴ Act. Mediolan., part. 4, Instruct. Extr. Unct., v. *Intelliget*. - ¹⁵ In 4, dist. 23, qu. 2, art. 4, solut. 2. - ¹⁶ Rit. Rom., de Extr. Unct., cap. 1, num. 14. - ¹⁷ De Synodo, lib. 8, cap. 8, num. 4, in fine. - ¹⁸ De Extr. Unct., qu. 7, resp. 2. - ¹⁹ Tr. 14, n. 111, v. *Resp.* 6. - ²⁰ Suppl. sacram., cap. 2, num. 111.

rum qui ad vitae exitum vergunt, praesidium a pio Domino traditam esse». Vide ap. Labbe, tom. 19, col. 1412.

g) A S. C. de Prop. Fide quaesitum fuit: Aliquando missionaris christianos sibi commissos visitantibus, occurrit aegrotus, hectica febri vel simili morbo laborans, qui juxta experientiam vivet adhuc plures menses, sed

intra annum morietur. Quaeritur an in tali casu, missionarius ipsi administrare possit viaticum et Extremam Unctionem, eo quod quando anterior aderit casus ea recipiendi, non poterit praeiens haberi missionarius ob magnam distantiam et alias circumstantias id impedientes? Et ad quaesitum S.C. respondit: *Affirmative*, die 20 Februar. 1801.

In infirmitate diuturna.

Requiritur
in reo peccati mortalilis confessio
vel contritione existimata.

Suarez, Coninck, Reginaldo¹⁴, etc.: puta per mensem, ut aijunt Bonacina¹⁵, et Viva¹⁶ cum Trullench.

716. - « 6º. Ad sacramentum hoc cum fructu recipiendum, in eo qui rationis est compos et conscientis peccati mortalilis, si non confiteatur, requiritur contritione existimata. *Bonacina* ¹⁷ ex *Reginaldo* ¹⁸. [Vide dicta n. 86, v. *Utrum*, et antea n. 34, v. *Seconda*].

Ordo ser-
vantus in-
ter confes-
sionem, vi-
aticum et
Unctionem.

« Ordinarie autem, nisi obstet causa rationabilis (v. gr. si ob vomitum comunicare non possit), praemittenda est confessio et communio, ob Ecclesiae consuetudinem, quae Unctionem, tamquam minus necessariam ad salutem, postponit. Vide Bonacina¹⁹.

In Rituali Romano sic habetur: *Ex generali Ecclesiae consuetudine observandum est ut, si tempus et infirmi conditio permittat, ante Extremam Unctionem Poenitentiae et Eucharistiae sacramenta infirmis praebantur*.

Suscipere autem Extremam Unctionem ante viaticum, aut nullum erit peccatum aut vix veniale²⁰; ut dicunt Suarez²¹ et Croix²², nec improbat Benedictus XIV²³: quia consuetudo praemittendi viaticum non est recepta, saltem sub gravi obligatione.

« Licit autem, per se loquendo, confessio non necessario praemittatur, cum

¹⁴ Suar., disp. 40, sect. 4, i. f. - ¹⁵ Coninck, disp. 19, dub. 8, n. 26. - ¹⁶ De Extr. Unct., punct. 6, n. 4. - ¹⁷ De Extr. Unct., qu. 6, art. 3, n. 5. - ¹⁸ Trull., lib. 5, dub. 5, n. 8. - ¹⁹ Punct. 5, n. 2. - ²⁰ Lib. 28, n. 78 (Regin. non citatur a Bonac.). - ²¹ Loc. cit., n. 15. - ²² Rit. Rom., de Extr. Unct., cap. 1, num. 2. - ²³ Disp. 44, sect. 1, n. 8. - ²⁴ Lib. 6, part. 2, n. 2120. - ²⁵ De Synodo, lib. 8, cap. 8, n. 2. - ²⁶ Fill., tr. 3, cap. 5, num. 114. - ²⁷ Part. 5, tr. 3, resol. 92. - ²⁸ Graff., Decis. cas. temp. mortis, cap. 5, de Extr. Unct., dub. 1, num. 7. - ²⁹ Lugo, de Eucharistia, disp. 13, num. 41.

715. - a) Reginaldus, lib. 28, num. 49, requirit ut periculum evanuerit, et infirmus « aliquantiu[m] » in eo statu permanserit.

716. - a) Suarez negat esse mortale suscipere Extremam Unctionem ante viaticum.

b) Barbosa, de Offic. parochi, cap. 22, n. 37, negat esse mortale, si Extrema Unctio ante Poenitentiam et Eucharistiam ministretur, quia infirmus sese disponere potest ad hoc sacramentum per contritionem, vel quia quandoque solam Extremam Unctionem recipere potest.

per contritionem se disponere possit; per accidens tamen requiri potest, v. gr. si post viaticum peccasset mortaliter, et timeretur post Unctionem defuturum tempus confessioni. Tunc enim prius audiendus et absolwendus esset; quia sacramenta magis necessaria tali casu prius sumenda sunt. — Filiuccius, Barbosa²⁰, Diana²¹.

717. - « 7º. Pueris habentibus sufficientem rationis usum ad peccandum, tam etsi sacram Eucharistiam non accipient, non recte negatur Extrema Unctio; cum inde nonnunquam salus ipsorum dependet.

« Graffius, Angles, Zambranus²², apud Laymann²³. — Qui parochos quorumdam locorum excusat per consuetudinem toleratam ab episcopis, si non dent pueris ante annum 14 vel 15; excepto casu necessitatis, quo puer, quem rationis usum consecutum esse constet, aliud sacramentum ante mortem suscipere non possit. Vide Chapeauville²⁴. — Ac licet parochus in confessione cognoverit puerum nunquam actualiter peccasse, debere tamen illum inungere (contra Nuñez et Sanchez) docent Suarez, Reginaldus, Filiuccius, Coninck, etc. cum Diana²⁵.

« Si vero dubium sit an puer usum rationis habeat, ungendus est sub conditione. — Diana²⁶ et Sanchez, Zambranus et card. de Lugo²⁷.

Pueris ra-
tione uten-
tibus danda
Extrema
Uncio.

Etsi actu-
liter nun-
quam pec-
carunt.

Infantes,
juxta quos-
dam, sunt
capaces Ex-
tremae Un-
ctionis.

Communi-
ter et recte
negatur.

718. - Dubitatur 1º. *An infantes sint capaces hujus sacramenti?*

Prima sententia affirmat, quam tenet Major et Possevinus ^{a)}, apud Escobar ¹. — Ratio, quia hoc sacramentum non solum datur ad delenda peccata actualia; sed etiam ad tollendas reliquias peccati originalis, ad recuperandam sanitatem ac ad augmentum gratiae acquirendum.

Secunda vero sententia, communis et vera, negat. Et hanc tenent S. Thomas ², Bellarminus ³, Suarez ⁴, Palaus ⁵, Laymann ⁶, Bonacina ⁷, Sporer ⁸, Holzmann ⁹; et Escobar cum Soto, Navarro ¹⁰, Toledo, Filiuccio, Reginaldo, etc.; ex Rituali Romano, ubi: *Debet autem hoc sacramentum infirmis praeberti, qui... ad usum rationis pervenerint. Ratio, quia (ut ait D. Thomas), forma sacramenti (hujus) non competit pueris, quia non peccaverunt per visum et auditum, ut in forma exprimitur.* — Ad rationem autem oppositam respondet idem S. Doctor, quod Extrema Unctio non datur ad reliquias peccati originalis, sed actualis auferendas. Quoad autem effectum sanitatis, respondet quod cum hic sit effectus tantum secundarius hujus sacramenti, ipse

Major, in 4, dist. 23, qu. 1, § *Contra hanc...*, v. *Ad 2.* - ¹ Lib. 22, n. 109. - ² Suppl., qu. 32, art. 4. - ³ De Extr. Unct., cap. 9, i. f. - ⁴ Disp. 42, sect. 1, n. 3. - ⁵ Tr. 26, punct. 6, n. 3. - ⁶ Lib. 5, tr. 8, cap. 4, n. 2. - ⁷ Punct. 5, n. 1. - ⁸ Suppl. sacram., cap. 2, n. 94, i. f. - ⁹ De Extr. Unct., n. 26. - ¹⁰ Escob., lib. 22, n. 110 et 111. - *Sotus*, in 4, dist. 23, qu. 2, art. 2, concl. 4. - *Tolet.*, lib. 7, cap. 8, n. 1. - *Fili.*,

718. - a) Possevinus, quidquid dicat Escobar, videtur potius adhaerere secundae sententiae, quae est opinio S. Alphonsi; scribit enim, *de Off. curati*, cap. 9, n. 4, dandum esse Extremam Unctionem «pueris habentibus usum rationis»; et quaerens: «An etiam ante communionem, cum alias haberent usum rationis?» respondet affirmative; denique negat dari posse «amentibus perpetuis».

b) Navarrus, *Man.*, cap. 22, n. 13, perspicue rem innuit, dicens Extremam Unctionem dari infirmo, etsi extra mentem sit, «si... potuerit ante peccare».

c) Cornelius a Lapide, *in epist. S. Jacobi*, V, 14, ad v. *Inducat*, negat hoc assertum.

719. - a) Sotus, Aureolus et Zambranus perperam citantur ab Escobar, lib. 22, n. 112, pro hac sententia. — Sotus enim, *loc. cit.*, *concl. 4*; et Aureolus, in 4, dist. 23, art. 1, quaesitum hoc silentio praetereunt. — Zam-

cessat cessante primario. Quoad augmentum vero gratiae, cum hoc non detur nisi ut conjunctum proprio effectui sacramenti, quando subjectum non est capax effectus proprii, neque est capax augmenti. — Neque obstat quod olim, ut asserunt Maldonatus et Cornelius a Lape ^{c)}, infantes ungebantur oleo infirmorum. Nam respondet Papa Benedictus XIV ¹⁰ quod forte, si ungebantur, tunc unction ilia potius erat benedictio sacramentalis; ut dictum est de unctione Graecorum *n. 713*, *Dubit. 1, in fine*.

719. - Dubitatur 2º. An hoc sacramentum conferri possit pueris de quorum usu rationis dubium verit?

Prima sententia negat; et hanc tenent Sotus ^{a)}, Aureolus ^{a)} et Zambranus ^{a)}, apud Escobar ^{a)}. Quia, si vere puer usus rationis caret, frustratur sacramentum; et cum hoc non sit necessarium ad salutem, non debet tali periculo exponi. — Secunda sententia affirmat, quam tenent Sporer ¹¹; et Croix ¹² cum Raynaudo ^{b)}, Schildere ^{b)}, etc.: qui dicunt in dubio pueros absolute ungendos esse, quia saltem sunt capaces effectus sanitatis corporis.

Tertia vero sententia probabilior, quam (praeter Diana, Sanchez et Lugo, apud

tr. 3, cap. 5, n. 101. - *Regin.*, lib. 28, n. 65. - *Rit. Rom.*, de Extr. Unct., cap. 1, n. 5. — *Maldon.*, de Extr. Unct., qu. 3, quaer. 3. — ¹⁰ De Synodo, lib. 8, cap. 6, num. 1. — ¹¹ Suppl. sacram., cap. 2, n. 94, i. f. — ¹² Lib. 6, part. 2, num. 2111. - *Diana*, part. 5, tr. 3, resol. 85, i. f. - *Joan. Sanch.*, Select. disp. 27, num. 17. - *Lugo*, de Euch., disp. 13, num. 41.

banus vero tertiam sententiam tenet, quae S. Alphonso probabilior habetur; scribit enim, *loc. cit.*, *dub. 1*: «Credo dandum esse Unctionem sub conditione, quando de puer dubitatur an haberet usum rationis sufficientem ad sacramentum Poenitentiae; licet in tali casu dubii usus rationis, videatur esse tutius non dare Unctionem, quando dictus puer posset recipere sacramentum Poenitentiae sub conditione. Quamquam non sit omnino improbabile etiam tunc posse dari Unctionem sub conditione (scilicet si es capax), propter maximam ejus utilitatem et fructum in tali articulo mortis».

b) Raynaudus, *Heteroclit. spirit.*, part. 2, sect. 1, punct. 12, n. 11, (ex Joan. Sanchez, quem videtur approbare); et Schildere, *de Princip. conscient.*, tr. 6, cap. 6, n. 53 et 54, quidquid dicat Croix, tenent tertiam sententiam, quae S. Alphonso probatur.

Busenbaum) tenent Renzi ¹, et Escobar ^{c)} cum Dicastillo ^{a)} et Leandro, dicit tales pueros ungendos esse sub conditione. Quia per conditionem jam salvator reverentia sacramenti; et aliunde justa assistit causa illud ministrandi sub conditione, ne priventur pueri fructu tam salutari hujus sacramenti: *juxta dicta n. 28*.

720. - Dubitatur 3º. An possit dari Extrema Unctio puer qui jam sit dol capax, sed non adhuc sit capax communonis?

Prima sententia negat: quam tenent Sotus, Vivaldus, Aureolus ^{a)}, Naldus ^{a)}, etc., apud Escobar ^{a)}, cum quadam synodo Hispanensi. Et videtur favere D. Thomas ³, ubi dicit: *Sicut Eucharistia non debet dari pueris, ita nec hoc sacramentum.* — Ratio: tum quia hoc fert communis Ecclesiae consuetudo; tum quia indecens videatur hoc sacramentum dari puer qui in illo statu vix potest instrui de illius effectu.

Secunda vero sententia, communior et probabilior, affirmat. Eamque tenent ^{b)} Laymann ⁴; Sporer ⁵ cum Navarro, Suarez ^{c)}, Aversa, etc.; et Escobar ⁶ cum Sà,

¹ Cap. 2, qu. 3, in fine. — *Leand.*, disp. 3, qu. 3. — *Sotus*, in 4, dist. 23, qu. 2, artic. 2, concl. 4. — *Vivald.*, Candelab. aur., de Extr. Unct., § *De Suscipientib.*, n. 7; aliter (edit. 1590), de Extr. Unct., n. 28. - ² Lib. 22, n. 115. — ³ Suppl., qu. 32, art. 4, corp. — ⁴ Lib. 5, tr. 8, cap. 4, n. 2. — ⁵ Suppl. sacram., cap. 2, n. 94. — *Navar.*, Man., cap. 22, n. 13. - *Aversa*, sect. 8, v. *Quarto...* *Addunt.* — ⁶ Loc. cit., n. 116 et 117. - *Sà*, v. *Extrema Unctio*, num. 2. - *Angles*, Quæst. de Extr. Unct., art. 4, concl. 5. - *Joan. Sanch.*, Select. disp. 27, num. 6 et seqq. - *Zambran.*, Decis. cas. tempore mort., cap. 5, dub. 1, n. 2. - ⁷ De Synodo, lib. 8,

Valentia ^{d)}, Angles, Durando ^{d)}, Sanchez et Zambrano. Et idem docet Papa Benedictus XIV ⁷, qui dicit minime approbadam esse quædam synodum in qua statutum fuerat, non dandum hoc sacramentum pueris qui non communicarunt; et approbat quod tradit Rituale Argentiniense, nempe non denegandam Extremam Unctionem pueris septennibus, ac iis in quibus malitia supplet aetatem, etsi ad septennium non pervenerint. — Nec obstat textus allatus D. Thomae; nam ibi (ut ait ⁸) ab hoc sacramento excludit tantum pueros impotes rationis, qui immunes sunt a peccatis actualibus.

721. - Dubitatur 4º. An possit dari Extrema Unctio infirmo adulto statim post Baptismum?

Negat Sanchez ^{a)} apud Escobar ⁹; quia huic per Baptismum omnes reliquiae peccatorum jam fuerunt abstersae. — Sed communiter et recte affirmant ^{b)} Laymann ¹⁰, Suarez ¹¹, Renzi ¹²; Diana ¹³ cum Vega, Ledesma, Silvestro, Filiuccio, Paludano, Henriquez, etc.; ac Escobar ¹⁴ cum Molfesio, Praeposito ^{c)} et Naldo. Ratio: tum quia verius per Baptismum non abs-

cap. 6, n. 2. — ⁸ Suppl., qu. 32, art. 4, ad 2. — ⁹ Lib. 22, num. 121. — ¹⁰ Lib. 5, tract. 8, cap. 3, num. 3, i. f. — ¹¹ Disp. 42, sect. 2, n. 9. — ¹² Cap. 2, qu. 2. — ¹³ Part. 5, tr. 3, resol. 86; et part. 3, tr. 4, resol. 172. - *Vega*, Espejo de curas, cap. 13, num. 20. - *Petr. de Ledesm.*, Sum. de Extr. Unct., cap. 6, concl. 7. - *Silvestr.*, v. *Unctio extrema*, qu. 5, v. *Tertium*. - *Fili.*, tr. 3, cap. 5, n. 108. - *Palud.*, in 4, dist. 23, qu. 3, art. 2, concl. 3 (n. 16). - *Henriquez*, lib. 3, cap. 11, n. 3. — ¹⁴ Lib. 22, n. 122 et 123. - *Molfes.*, part. 1, tr. 4, cap. 3, num. 42. - *Naldo*, Sum., v. *Extrema Unctio*, n. 9.

Infirmo ad
adulto sta-
tim post Ba-
ptismum
dari potest.

c) Escobar, lib. 22, n. 114, ait hujusmodi pueros posse ungredi sub conditione; sed dubitat utrum debeant ungi.

d) Dicastillus, loc. cit., dub. 10, n. 142, secundam sententiam tenet; dicit enim Extremam Unctionem conferendam esse hujusmodi pueris, et silet de conditione apponenda. Non igitur satis recte citatur ab Escobar.

e) Aureolus, loc. cit., Naldus, Sum., v. *Extrema Unctio*, n. 7, non tenent hanc sententiam, quidquid Escobar affirmit.

f) Non solum posse, sed etiam debere ministrari ajunt Diana, Ledesma, Silvester, Filiuccius, Paludanus et Escobar.

g) Praepositus, de Extr. Unct., dub. 7, n. 61, sententiae huic favere videbantur, dum scribit satis esse ad hoc sacramentum recipiendum, ut quis, ratione utens, per intrinsecam dispositionem peccare possit, et possit per gratias prevenientes muniri et firmari contra dia-

terguntur reliquiae culparum actualium commissarum ante Baptismum, prout sunt torpor ad bonum ac pronitas ad malum; tum quia primarius effectus hujus sacramenti non tam est remissio culparum quam corroboratio infirmi contra daemonis tentationes, ut dicunt Suarez¹, Laymann², Palaus³, Mazzotta⁴ et alii: idque inferunt ex verbis Apostoli: *Alleviabit eum Dominus^d*.

Minister
est solus sa-
cerdos pro-
prius.

722. - « 8°. Minister est solus sacerdos « proprius sive pastor: sine cuius venia, « si extra necessitatem aliis det, validum « quidem est, sed graviter peccat. Sil- « vester, Sotus, Coninck⁵; [Est com- « mune, ut Suarez, Palaus, Bonacina, etc. cum Salmant.⁶ — An autem quisvis sacerdos possit hoc sacramentum ministrare ob *consensum probabilitate praesumptum parochi vel ejus ratihabitionem?* Negat Viva^a cum Laymann^a, Diana^a, etc. Sed probabilitate affirmant Palaus⁷ cum Valentia et Sà; ac Salmant.⁸ cum Bonacina et Dicastillo. Vide dicta de *Euch.*, n. 235.] — « et religiosus incurrit excom- « municationem papalem^b. Suarez, Regi- « naldus⁹. [Ex clement. *Religiosi I*, de *privilegiis*, § 1].

« Posse tamen regulares hoc sacra- « mentum, uti et viaticum, in articulo

Quibus sa-
cerdos dare
potest ob
consensum
probabilitate
praesumptum
pastoris.

Quibus
nam dari
possit a re-
gularibus.

¹ Disp. 41, sect. 1, n. 11. — ² Lib. 5, tr. 8, cap. 5, n. 1. — ³ Tr. 26, punct. 5, n. 5. — ⁴ Tr. 5, disp. 5, cap. 4. — ⁵ Sixtus, v. *Uncio extr.*, qu. 4. — ⁶ Sotus, in 4, dist. 28, qu. 2, art. 1, v. *Sed est tamen*. — ⁷ Disp. 19, dub. 9, num. 28. — ⁸ Suan, disp. 43, sect. 1, n. 4; et disp. 44, sect. 2, n. 3. — ⁹ Palaus, tr. 26, punct. 7, n. 3 et seqq. — ¹⁰ Bonac., disp. 7, punct. 4, n. 3, 5 et 6. — ¹¹ Tr. 7, cap. 5, n. 2 et 5. — ¹² Loc. cit., n. 4. — ¹³ Valent., disp. 8, qu. 2, punct. 1, v. f. — ¹⁴ Sà, v. *Extrema Unctio*, n. 8. — ¹⁵ Loc. cit., n. 4. — ¹⁶ Bonac., loc. cit., n. 6. — ¹⁷ Dicast., dub. 12, n. 183. — ¹⁸ Suan, de Censur., disp. 22, sect. 4, n. 2. — ¹⁹ Lib. 18, n. 408; et lib. 28, n. 61. — ²⁰ Part. 5, tr. 3, resol. 52. — ²¹ Man- cino, Pract. visitandi infirmos, pract. 8, dub. 12. — ²² Suppl.

bolicos incursus. « Quisquis autem (ita pergit) est capax alterutrius, est capax sacramenti. Cum ergo es qui nunquam peccavisti, potest tamen peccare per intrinsecam dispositionem, possit recipere auxilia quibus possit corroborari, potest hoc sacramentum recipere ».

^a) Et huic S. Alphonsi doctrinae consen- tanea est declaratio S. C. de Prop. Fide diei 26 Sept. 1821, in qua, ad quaeasitum: « Quando quis paganus adulitus sufficienter instructus riteque dispositus baptizatur, quia in gravem incidit morbum, debetne, imo potestne ei conferri sacramentum Extremae Unctionis immediate post Baptismum? Respondit: « Af-

« mortis suis familiaribus ministrare, do- « cet Diana¹⁰ ex Mancino, etc. ».

De hoc adest bulla (apud Sporer¹¹), quae incipit: *Ad immarcescibilem*, edita anno 1567, ubi S. Pius V concessit Theatinis conferre Extremam Unctionem, non solum fratribus et clericis ipsius Congregationis, sed etiam mercenariis, operariis, servis ac famulis ejusdem Congregationis, ac quibusvis hospitibus etiam saecularibus et extraneis, quos in locis vel habitationibus dictae Congregationis tunc reperiri contigerit, in mortis articulo, et quoties de illo dubitari contigerit, etiam licentia minime petita nec obtenta parochorum^c. — Item Sextus IV (apud Pittonium¹²) concessit regularibus dare Eucharistiam et Extremam Unctionem suis poenitentibus, si parochus injuste ea negaverit vel malitiose distulerit.

723. - « In necessitate vero, ut si pa- « stor absit vel dare nolit, nec superior « possit adiri pro petenda licentia, licite « ministrat quivis non excommunicatus « aut suspensus (etiam regularis, ut con- « tra Gavantum docent Praepositus, Hen- « riquez, Fernandez, Granado, Diana¹³); « censemur enim tunc Papa dare licen- « tiam. — Laymann¹⁴, Reginaldus¹⁵, Sua- « rez¹⁶, etc., Diana¹⁷ ».

In necessi-
tate licite
ministrat
quivis non
excommuni-
catus aut
suspensus.

sacram., cap. 2, num. 81. — S. Pius V, bulla *Ad immar- cibilem*, diei 13 Februar. 1567, § 17, (habetur etiam in Bullar. Rom. Mainardi). — *Sextus IV*, bulla *Regimini*, diei 13 Aug. 1474; (habetur pariter in Bullar. Rom. Mainardi inter constitutiones hujus Pontificis, sub n. 7 et 8). — ¹² Decis. ad confessari, n. 78. — *Gavant.*, Man. Episcopor., v. *Extrema unctio*, n. 3. — *Praepos.*, de Extr. Unct., dub. 6, n. 43. — *Henrig.*, lib. 3, cap. 13, n. 4. — *Fernand.*, de *Moure*, Exam. theor. mor., part. 3, cap. 10, § 1, n. 8. — *Gran.*, de Extr. Unct., disp. 8, n. 5. — ¹³ Part. 5, tr. 3, resol. 82. — ¹⁴ Tr. 8, cap. 6, n. 2. — ¹⁵ Lib. 28, n. 61. — ¹⁶ Disp. 44, sect. 2, n. 3. — ¹⁷ Part. 3, tr. 4, resol. 170.

firmsative, servata forma decreti S. Officii anni 1803 », ut scilicet ille neophytus « saltem.. habeat aliquam intentionem recipiendi sacram unctionem in beneficium animae pro mortis tempore ordinatum ».

722. - ^a) Viva, qu. 6, art. 2, n. 3; Laymann, lib. 5, tr. 8, cap. 6, n. 2; Diana, part. 3, tract. 4, resol. 170, hoc quaeasitum diserte et expresse non habent.

^b) Quae quidem excommunicatione habetur etiam in const. *Apostolicae Sedis*, inter excommunications Romano Pontifici simpliciter reservatas, sub n. 14.

^c) Hanc S. Pii V constitutionem, quatenus

Ita etiam communiter Suarez¹, Bonacina², Salmant.³, Concina⁴, Holzmann⁵, Elbel⁶, Filiuccius⁷, Escobar⁸; Palaus⁹ cum Valentia, Coninck, etc.; item Benedictus XIV¹⁰ cum Tournely, Juenin, Natali Alexandro (contra Silvestrum^a), Armilla^a et Vivaldum^a, apud Escobar¹¹). — Et idem docuit S. Carolus Borromeus¹², ubi concessit cuilibet sacerdoti dare hoc sacramentum, deficiente parocho.

An autem *pastor excommunicatus pos- sit Extremam Unctionem ministrare?* — Affirmant Possevinus^b, Diana^b, Victorellus^b et Leander^b, apud Escobar^b; ac probabile putant ibid. Filiuccius^b et Villalobos^b. — Sed probabilis negant Suarez¹³, Bonacina¹⁴ cum Henriquez^c, et Escobar^d. Qui secus ait de pastore suspenso; et quidem probabiliter, si alias desit.

¹ Disp. 44, sect. 2, n. 3. — ² Punct. 4, n. 6. — ³ Tr. 7, cap. 5, n. 5. — ⁴ De Extr. Unct., cap. 8, n. 3. — ⁵ De Extr. Unct., n. 20. — ⁶ De Extr. Unct., n. 48. — ⁷ Tr. 3, cap. 5, n. 90. — ⁸ Lib. 22, n. 159 et 162. — ⁹ Tr. 26, punct. 7, n. 5. — ¹⁰ Valent., disp. 8, qu. 2, punct. 1, i. f. — ¹¹ Coninck, disp. 19, dub. 9, n. 28. — ¹² Synodo, lib. 8, cap. 4, n. 7. — ¹³ Tournely, Praelect., de Extr. Unct., qu. 2, art. 4, quaer. 2, v. *An vero*. — ¹⁴ Juenin, de Sacram., diss. 7, qu. 6, cap. 2, concl. 2. — ¹⁵ Nat. Alex., de Extr. Unct., cap. 5, reg. 10. — ¹⁶ Loc. cit., cap. 2, n. 82.

In necessi-
tate, sufficit
sacerdos si-
neministro.

Extra ne-
cessitatem,
probabilis
veniale.

Quomodo
in necessi-
tate plures
simul admi-
nistri possint.

respicit hospites et operarios, Gregorius XIII; const. *In tanta*, 1 Martii 1573, n. 6, et const. *Circumspecta*, 25 Novembr. 1580, n. 2, reduxit ad terminos juris et concilii Tridentini.

723. - ^a) Scilicet Silvester, v. *Unctio*, qu. 4; Armilla, v. *Unctio*, n. 5; Vivaldus, *Candelabr.*, de Extr. Unct., § *De Ministro*, n. 5, (aliter ed. 1590: de Extr. Unct., n. 19), negant alium sacerdotem in necessitate posse ministrare Extremam Unctionem, nisi sub spe ratihabitionis proprii pastoris; et addunt religiosum, nec sub hac ratihabitione id posse.

^b) Escobar casum hoc modo exponit: « Aeger in mortis periculo constitutus non potest aliud sacramentum recipere; parochus autem tunc temporis est excommunicatus denunciatus ». Et n. 163 afferit auctores pro sententia quae affirmat parochum hunc posse ministrare. — Atvero Possevinus nihil de hoc habet, nec citatur a Leandro, ex quo citationes mutuatus est Escobar; sed citatur Victorelli in suis Notis ad Possevinum, cap. 9, n. 7, ubi solum loquitur de non vitando; sed tr. de Extr. Unct., § *An ex parte suscepturi... con- tingere possit excusatio*, Victorellus tenet sententiam quae ipsi tribuitur ab Escobar. — Leander, disp. 4, sect. 6, de excommunicato in generali loquitur. — Diana vero affirmat

excommunicatum vitandum posse, imo de- bere, ministrare, si alius sacerdos desit; quod et Filiuccius, tr. 3, cap. 5, n. 97, probabile existimat; sed Villalobos, part. 1, tr. 10, diff. 6, n. 6, probabile esse ait quod non possit, quid- quid dicat Escobar ex Leandro.

^c) Henriquez, lib. 13, cap. 7, n. 1, dicit pec- care mortaliter, nisi sit parochus et petatur a subditis; sed addit quod « si parochus excommunicatus adverteret magnam in oibis indi- gentiam, posset offerre eis sacramenta ». At, lib. 3, cap. 13, n. 3, dicit parochum denunzia- tum dare licentiam ungendi alii ministri.

^d) Escobar, n. 165, negat excommunicatum denuntiatum id posse, (secus tamen esse de suspenso), sed addit: « Casu autem quo non adsit sacerdos non excommunicatus, et aeger non potuit aliud sacramentum accipere, certum mihi hujusmodi parochum, non solum posse, sed debere ministrare ei Unctionem ».

724. - ^a) Hostiensis ita sane citatur ab Escobar; sed in cap. Quaesivit 14, de verb. signif., n. 2, id dicit de casu necessitatis.

^b) Diana, part. 9, tr. 6, resol. 46; Tol- letus, lib. 7, cap. 2, i. f., dicunt in necessitate sufficere sacerdotem sine ministro. — Jacobus de Graffius autem, *Decis. aur.*, part. 2, lib. 1, cap. 8, n. 27; Dicastillus, dub. 12, n. 196

cessitatis, scilicet si timetur infirmus decessurus. Alias esset mortale, quia contra usum Ecclesiae; ut recte advertit Bonacina¹ cum communi. — Certum est autem sufficere unum sacerdotem ad ministrandum hoc sacramentum, ut docet D. Thomas et alii communiter, apud Croix²; et patet ex cap. *Quaestivit*, de verb. sign., ubi: *Sacerdos, uno praesente clericu, et etiam solus, potest infirmum ungere*. Graeci autem adhibent septem sacerdotes (ut ait Arcudius); sed Benedictus XIII concessit eis anno 1724, posse ungere unum, si septem vel tres haberi non possint.

« Non tamen potest unus inungere aliquem quem sensum, et alias formam prouinciare »; [Ut etiam Salmant.³ cum Dicastro et communi] « neque unus unum oculum, et alter alterum. Vide Diana⁴. « Quod si sacerdos non possit progredi, supplenda erunt per alium quae restant. Tanner, Praepositus, Maeratius: qui, apud Diana⁵, notat licere etiam alteri unctiones ab initio repeterem, perinde ac si prior nullam earum inchoasset ».

Sed melius: Quando sacerdos inter unctiones deficit, si statim⁶ alias eas suppleat, non sunt iterandae prius factae; ut Bonacina⁶ cum D. Thoma, Possevino, Filiuccio, Molfesio et S. Carolo Borro-

